Si in causa prophana dedit actor articulos concludẽtes et partes iurando de calũnia dixerunt quod iurabant animo litẽ contestandi [a] et notarius refert quod litẽ cõtestando iurarũt: censetur litis cõtestatio facta. Sed de hoc dubito. Cõsilia. Ista conclusio prout iacet nõ procedit: quia vt sit lis cõtestata ... primo petitio precedens: secundo responsio sequens: et tertio ... petitio et respõsio fiant per verba apta ad litis contes. vt probat ... vt. c. dudũ. ij. de elec. de litis contes. c. vno. C. eo. l. vna. et. C. d... calum. l. ij. modo iuramentum prestare non habet quantum ... est de se verba apta pro responsione importanda: igitur etc. Item vbi est opus facto ver verbo solus animus non sufficit. de eo qui mit. in posses. c. j. ff. de verb. obliga. l. j. vide tamẽ que super hoc no. Hẽricus bohic de litis contesta. c. vno alle. Et puto quod in dicta cõclusione aliquid ex inaduertentia est omissum vel ... parte domini in exitu consiliorũ factũ non intelligentes indeliberate responderũt sicut vidi quãdoque accidere. Egidius.

a Litẽ cõtestãdi.
Nota quod litis contestatio est initiũ et exordiũ litis. Et quid sit litis cõtestatio et quomõ fiat vide plene et pulchre per Spe. ti. de litis cõte. per totũ plene etiã per Bart. in. l. j. C. de litis cõte. Adde quod litis cõtestatio inducit etiã per dubitationẽ

De officio deleg. Rubrica.
Conclusio. xliij.

Articulus iurisditionalis vt receptio testium iusta clem. iudices. de off. dele. a delegato pape: non cõmittit nisi personis de quibus in. c. statutũ. licet contrarium videretur per. c. mulieres. de iudi. lib. vj. de hoc aliquid per glo. de rescrip. lib. vj. statutum. eo. lib. super verbo cause vbi per Archi. Cõsilia. Ista cõclusio secundum veritatem non habet dubium per ea que leguntur et no. in dicta clemen. iudices. de offi. dele. iuncto. c. statutũ allegato. et. c. fi. de offi. dele. in antiquis. Nec obstat. c. mulieres alleg. quia loquitur nudo ministerio vt in receptione iuramẽti et depositione siue coactione etc. iuxta no. in dicta clemen. in. j. gl. Nec ob no. per Archid. in dic... c. statutũ. super verbo cause. quia intelligi... dictum de tali articulo adeo nudo quod ille cui cõmittitur iudex non dicitur sed auditor merus vt ipsemet ibi dicit et tamen clemen. tales appellat iudices. Curia vero de consuetudine habet quod obseruationes ... minorum cõmittũt dñi Cardinales auditoribus suis etiam sine speciali mandato dñi nostri pape: dũmodo absque hoc quod auditores huiusmodi aliquam compulsionem habeãt vel sententias diffinitiuas vel interlocutorias ferant: que consuetudo forte ex dicto Archi. insurrexit vt ex lectis et no. de offi. dele. super questionum. §. porro et. §. verum.

De dolo et contu. De resti. in integrum. Rubrica.
Conclusio. xliiij.

Allegatio paupertatis nõ est sufficiẽs excusatio ad cãm ad curiã deuolutam nõ cõparẽtis. Cõsilia. Cõclusio vt iacet est periculosa q: pauper ad expẽsas sibi impossibiles teneri nõ põt vt regula impossibiliũ. ff. ꝛ regula nemo potest. li. vj. Et probat clare. ff. de offic. p̃ses. l. illicitas. §. vlt. ꝛ ff. man. l. pcuratorẽ. §. si ignorãtes. cũ alle. et not. per pe. C. de epi. ꝛ cle. si q̃s ad declinandũ. vbi post eũ satis p Cy. ꝛ p Arch. plene in rosario. xj. q. iij. paup. ꝛ p hoc etiã extra de testi. c. si q̃ testiũ. ꝛ de rescrip. c. statutũ. §. insup. in fi. li. vj. Sed isto mõ forsan põt pcedere. Certũ eñ est q pbatio al's legitima seu probabilis pp̃ter cõtrariã p̃sumptionẽ nimis violentã plerũq; lz tarde bñ repellit: vt. C. de fal. l. ij. ꝛ extra de hereti. c. filij vel heredes. li. vj. cũ his que pulcherrime. [illegible] mo. ibi. no. ꝛ not. Inno. simile de concess. preben. post elec[illegible]nẽ. Modo sicut venit ad petendũ restitutionẽ ita verisimile e[illegible]um potuisse venire ad causam ab initio. argu. extra de elec. c. [illegible]. ꝛ c. cõstitutus. de appel. de dolo cũ dilecti. versi. sed contra hoc [illegible]ciebat. Et hoc est verũ nisi daretur aliqua materia huius violẽte presumptionis exclu[illegible]e vtpote quomõ tẽpore citationis ꝛ processus fuit pauper ꝛ qualiter ex sequeñ. tẽpore diuitias ex causis legitimis acquisiuit iuxta. l. si defunctus. C. arbi. tute. Uel forte aliter saluari [illegible]õt cõclusio q: licet paupertas suo casu dare potest restitutionez ex generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur si per hũc modũ ageretur: vt. l. j. in fi. ff. ex qui. cau. ma. forte tamẽ non teneret[illegible] iure. arg. ff. si quis cau. l. ij. §. j. ꝛ quasi vsq; ad fi. ꝛ hoc casu procedit conclusio ꝛ saluatur. Imagineris ꝛ dicvt tibi videtur. Egidius bellemere.

Suffi: a ciẽs excusa[illegible]. Excusatio q̃d sit et quottuplex: vide. C. de excu. mune. su per rub. li. x. Et nota q excusatio iferiorũ non vz vbi de reb⁹ eccl'ie quas illicite possidẽt p princi pes vel parẽtes se excusant. xvj. q. j. in canonib⁹ añ fi. Nota etiã quis di cat paup: vide. ff. de mu ne. ꝛ hono. l. cura. §. inopes. ꝛ p Bar to. in. l. q̃ accusare. in p̃n ci. ff. de accu. ꝛ adde q arbitrio iudicis cõmittit q̃s paup ve ino[illegible]icat. C. vnd[illegible] ꝛ pror. au[illegible] posita.

¶ De rescrip. De excep. Conclusio. xlv.

Exceptio de nõ perhorrstentia cõtra rescriptũ in dicta perhorrestẽ[illegible]a fundatis est bona. Cõsilia. Hec cõclusio nõ hz dubiũ[illegible] Imperator talẽ perhorrestẽtiã pbare tenet: vt dicit[illegible] tex. de rescrip. statutũ. §. cũ vero. in fi. li. vj. igit: et ad[illegible]uersario lz pba[illegible]e cõtrariũ: vt in regula nõ debet act[illegible]ri. q: al's legitima defensio auferet q̃d fieri nõ dz. c. pastoralis. de re iudi[illegible]le. ꝛ. C. de iure fis. l. phibitũ. maxime q: pbatio iuramẽti est le[illegible] ꝛ extraordinaria nimis q: contra totũ il[illegible] titulũ. C. ne q̃s [illegible] cã. Sz magis dubiũ est quõ poterit pba[illegible] contrariũ q pu rã ꝛ absolutã negationẽ includit ꝛ depẽdet ex a[illegible] cui⁹ solus scrutator est deus. Respõdeo et dico q p indicia ꝛ fa[illegible]a exteriora arg. extra de p̃sump. c. ex studijs. et. C. de dolo. l. dolũ [illegible]cce si pbat re⁹ actorẽ eẽ p oĩa i partib⁹ vel ciuitate. ppria potẽti[illegible]ũc eñ timor actori eẽt vanus ꝛ reijciẽdus: vt. ff. q me. cã. l. q: nõ est verisimile.

¶ De rescriptis. Rubrica. Cõclusio. xlvj.

Exceptio de litis pẽ. in partibus corã dño tẽporali super spoliatione feudi etiam in vidua vel psona alia miserabili opposita cõtra commissionẽ factam auditori in curia de dicta lite non facientis mentionẽ est bona. [illegible] Tum q: in dubio

nõ est verisimile ꝙ princeps causam pẽdẽtẽ corã vno iudice ab eo velit aduocare nisi ex certa scientia id faciat: qđ facere nõ videtur nisi de processu expressam faciat mentionẽ. de offi. delega. c. corã. de re iudi. c. inter monasteriũ. Simile de preben. si motu. in fi. in vi. Tũ q2 tales cause debẽt apud hmõi dños tpales tractari: dũmodo ipsi in exhibẽdo iustitiã non prebeant negligeñ. de iudi. ceterum. de fo. cõpe. ex trãsmissa. c. verũ. ⁊. c. ex tenore. ⁊. c. licet. cum multis si. immo forte ipsa cõmissio ipso iure non valet nisi fuerit signata de certa sciẽtia pape q2 cõtra ius esset ⁊ ꝓcederet de plenitudine potestatis: qđ nõ est verisimile papam voluisse concedere vicecancellario suo. ar. no. Inno. de elec. c. innotuit. in fi.

¶ De testibus. Rubrica Conclusio. xlvij.

SI testis [a] deponit de iure ⁊ de facto: lz depositio de iure nõ valeat tñ depositio de facto bene ꝓcedit si al's sit sufficie[illegible] cõsilia. Ratio: q2 ista sunt separabilia in quib9 vtil[illegible] inutile nõ vitiat: vt. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. j. §. [illegible] ⁊. C. de dona. l. sanximus. ⁊ extra de rescrip. c. [illegible] eo tẽpore. li. vi. Sed cõtra: q2 eoipso ꝙ in dicto testis reperit' aliquod falsum: eoipso titubat in totũ eius fides. vo. ⁊ probatur. ix. dist. c. si ad sacros. cum quatuor concor. ibi alleg. et fa. l. ij. in fi. ff. de fide instru. de rescrip. c. significasti. Nã nõ debet dicere nisi qđ ipse vidit ⁊c. iiij. q. ix. c. testis. c. hortamur. c. pura[illegible] quod not. Io. an. de offi. dele. um in iure. in fi. Sed ad hoc respõdeo prout respondet Inno. de hereti. c. fraternitatis. in prima glo[illegible] illa solutio sufficit. Vel [illegible]iter dic ꝙ in facto sensus facile non decipit'. Ideo si testis male deponat super facto: nõ mirũ si titubat eius fides. secus in iure: q2 pauci periti sunt in iure nec iudiciũ testis recipitur super iure.

[a] Si testis. Quis possit esse testis: et q̃ cõditiones pricipaliter reqrũtur in teste. vide in sum. con. li. ij. tit. de rap. rubri. de testi. q. clxxvij. quero ergo.

¶ De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. xlviij.

[b] **PRocessus** [b] in principali factus partibus presentibus ⁊ non contradicẽtibus virtute cõmissionis super appellatione ⁊ negotio principali de speciali mãdato concesse valeat: lz appellatio non sit producta. Cõsilia. Sed contra: q2 aut hoc fieret in vim prorogationis: ⁊ hoc non: q2 cõsuetudo in auditoribus palatij hmõi prorogationẽ nõ admitit: aut in vim principalis cõmissionis quia illud de consuetudine palatij solũ te[illegible] facta in euẽtũ ⁊c. ⁊ illud est satis de in[illegible] per c. vt debitus. de appel. Preterea in contrariũ videtur casus de fo. cope. c. romana. l[illegible]. vi. in prin. Solutio. Dici potest ꝙ immo fieri põtest prorogati[illegible] ⁊c. per. l. de qua re. §. j. ff. de iudic. q2 consuetudo casum istum n[illegible] pugnat sed potius recipit ⁊ admittit. Vel dic ⁊ meli9 ꝙ principale negotiũ cõmissum cẽset' simpliciter ⁊ nõ sub cõditione tacita ⁊ tali vcz si cõsenserit pars vtraqꝫ: vt. c. cordi. §. j. de app. li. vi. vel si dissenserint ⁊ nihilomin9 ꝓnũtiatũ fuerit male ꝓcessum ⁊ bñ appellatũ: q2 nil aliud q̃rit papa nisi vt lites finiant'. ff. de oper. no. nũ. l. j. §. põt. ⁊. ff. si cer. pe. l. q̃dã existimauerũt. et de do. c. finem. Nec ob. de foro cõpe. c. j. in prin. q2 hoc facit ibi ratio. c. significasti. eo. titu. in antiquis: que hic cessat.

[b] ¶ Processus. A qua parte incipiat ꝓcessus: vide Barto. et alios i rub. de iu[illegible] voca[illegible]

[illegible] ¶ Fieri potest proro gatio. Quot modis fit ꝓrogatio. vide Bar. ⁊ Pau. de cas. in. l. ij. §. fi. ff. de iu di.

¶De restitu.spoliatorum. Rubrica

Conclusio.xlix.

Abens possessorio recuperãde in beneficialib⁹ tenet colorare suã possessionẽ ex titulo: qr nec titulũ nec possessionẽ põt qs habere in talib⁹ a seipso. Cõsilia.Sic.ff.de interdic.l.ij.§.quedam.⁊.ff.de aqua.quoti.l.j.§.pmittit.Ex qbus li.apparet q̃ interdicta in qb⁹ possessio haberi nõ põt nisi a supiori puta a principe sibi cõcessa fuerit dicunt cãm pprietatis habere.i.q̃ in eis qs obtinere nõ põt docẽdo de sola possessiõe nisi etiã in aliq̃ doceat de pprietate.Simile de resti.spo.c.ad decimas.modo sic est in pposito:vt de regu.iuris.c.j.li.vj.⁊ hoc indubitatũ si directe⁊:principali iudicio possessorio:als nõ priuilegiato ageret p no.etiam Inno.de in m[...]sti.c.cõstitut⁹.Sz sec⁹ dicũt dñi in casu in quo ageret ad re[...]tionẽ bñficij ex beneficio litis pẽdẽtie vel als p modũ attẽ[...]:iuxta no.c.ij.vt li.pen.in cle.c.cũ.M.de consti.cũ ibi no.per J[...]a.and.Ratio est ƀm eos qr ibi magis ponderatur cõtẽptus superioris et integritas status cause q̃z ius agentis: vt li.pen.per totum:et in.l.nil noua.a[...]pen.p totũ.ita tenet palatiũ licet alias super hoc viderim dominũ Uiuarieñ.dubitare.

¶De sti.spoliatorũ. Rubrica. Conclusio.l.

a ¶Si petens.Nota q̃ petere ad realez actionem ptinet.l.actio i psonam.ff.de actio.et obli.

Ipetens[a] se restitui ad possessionem beneficij de qua spoliatuz se dicat, et dicat sibi illud collatum per vicarium episcopi agentis in remo[...]et vicariũ a dño epo sup hoc habuisse ptãtẽ pducat lrãm collatiõis vicarij ⁊ pbet p seipsum met vicariũ a dño epo sup hoc habuisse mãdatũ ⁊ ptãtẽ pductũ i testẽ oia supradicta: sufficit ad colorationẽ de qua dictũ est in conclusione supra proxima.Cõsilia.Sz cõtra qr iste allegat ⁊ pducit infectũ titulũ:multo meli⁹ fuisset ab initio tacuisse q̃z malum titulum producere.Primum patet per.c.fi.de offi.vica.li.vj.Scdm patet p nota.Inn.de in inte.resti.c.auditis. et de deci.c.dudum.Solutio.Dico quod aliud est producere titulum qui a seipso totaliter sit infectus:et ita procedit glo.Inno in.c.dudũ.aliud est allegare titulũ bonũ ⁊ illum probare minus plene:qr tunc lz nõ suff.ceret in casu plenam probationem requirente.cum de petitorio nõ agatur hic propter se iuxta not.Inno. de no[...]rio.de verbo.sig.veniens.facit de testi.veniens.ij.Probatio [...]um que hic queritur solum requiritur ad reddendum intẽtionem agentis coloratam:et aliud est plene probare aliud vero colorare:vt de se patet.

¶De re iudicata. Rubrica

Conclusio.lj.

Dmissio articulorum facta presertim partib⁹ consentientibus quo ad partes transit in rem iudicatam licet non quo ad iudicem iuxta not.Ber.in.c.cum cessante.et Jo.an.ibidẽ in no.sup gl.de appel.Cõsilia.Ibi plenissime ⁊ p Inno.de sen.ex.c.sacro.saluo q̃ lz nõ trãseat q̃ ad iudicẽ interlocutoria in rẽ iudicatã qm̃ et reuocare possit intelligit

cū causa iusta z rōnabili: qz si sine causa hoc faceret: ipse partē grauaret z posset pars appellare: vt no. Jo. and. in loco preallegato. Hinc est q̄ primo auditos volens iam viam appellationi precludere nō debet subito simpliciter et absolute mutare factū suū de extremo ad extremū: vt puta admisi articulos: appellat: possum factum meum reuocare mutando de extremo ad extremum articulos per me admissos repellendo: tunc periculose ago: sed possum consultius reuocare solū admissionē nō animo per hoc eos repellendi sed potius plenius deliberandi. Et ita consueuimus facere: z postmodū nō est de mora tēporis periculū in dādis apostolis: z subest tēpus iudicij ad deliberandum: z ita seruamus.

¶ De renun. De appel. Rubrica. Conclusio. lij.

Secundū dn̄m Pe. de ferce[n]ato q̄ appellationi frustratorie inherēs per hoc oblate remissioni super admissis articulis consentire recusans[a] illi remissioni per hoc renūtiare nō videt lz sup hoc fuerint cōsilia cōtraria. Consilia. Circa qd̄ puto sic dicedū. aut nos solū pōderam⁹ animū et volūtatē ipsius volētis recipere remissionē: et tūc optime p̄cedit cōclusio dn̄i Uiuarieñ. Ratio: qz talis appellās putat suā appellationē legitimā z illā a quo appellauit p̄ hmōi appellationē suā iurisditionē vel saltem eius exercitiū perdidisse sic nō teneri corā eo cōparere: vt. c. eum qui. de dolo. lib. vj. aut ergo bn̄ credit z quō est indubitata z tunc errat. modo errās nō videt tacite cōsentire. l. si per errorē. ff. de iuris. om. iudi. z hoc siue in iure siue in facto errat: vt no. Innocen. de offi. deleg. prudentiam. Preterea ponderanda est causa quare recusat que est illa quam dixi non qz renuntiare intēdat quod in dubio presumendū nō est. C. de procu. l. inuitos. cum ibi not. per Cy. z glo. aut cōsideramus iuris dispositionē: z tunc si est conclusum p̄ ista instātia perdit suā appellationē si friuole appellauit: dūmodo conclusum fuerit ante inhibitionē de appel. cū friuolis appellationibus. lib. vj. qz cōclusio excludit a p̄ductione testium vt de se patet. Idē si termin⁹ perēptorius fuit sibi prefixus intra quē vteret remissione. de in inte. resti. c. coram. z de excep. c. pastoralis. alꝰs secus: qz nō reperitur ius priuās hoc casu: z maxime qz qui hodie non vult potest cras velle z posse potest: vt. c. lz. de p̄cura. lib. vj. z. c. si tibi absenti. in fi. de preben. co. lib. Egi.

a ¶ Cōsentire recusans Recusatio qd sit: a q̄: corā quo: pro quib⁹ qualr̄ z qn̄ fieri debeat: qs sit ei⁹ effect⁹: et multa notāda z dubitabilia vide p̄ Spec. tit. de recusa. I. vsq̄ §. per totum titulum.

¶ De re iudicata. Rubrica. Conclusio. liij.

Appellatio a vero grauamine ante sententiam fuerit interiecta et post fuerit lata snīa z demū postea confirmata z post hoc per cōmissionē per quā mādabat corā tertio auditore p̄cedi in principali omisso articulo appellationis cōclusum in cā: nō pōt terti⁹ iudex primā sniam cōfirmare nec valuit snīa secūda cōfirmatoria prime: sed in hoc fuerūt diuisa cōsilia. Consilia. Puto cōclusionē esse verissimā. Ratio est qz ista sunt duo: vz q̄ cōmittebat articulus appellationis: z q̄ snīa nulla validet vel cōfirmet: quorū vtrūq̄ est contra ius. Igit vno solo cōcesso aliud nō videt concessum immo pōtius negatū. ff. de iudi. l. cū pretor. extra de fi. presby. c. ij. de aut. et

vsu pal .ex tuaz.de priuile.c.pastoralis.ff.de ser.vr.pre.l.si domu bn facit de pben.no pot.in fi.li.vj.Scdo q3 comissio grosa ptra ius z in alteri9 pindiciu impetrata stricte dz interptari z no laxari vt regula q ptra ius:li.vj.z.c.ij.de deci.li.vj.z.l.si qn.C.de inoffi.testa.z.l.ex facto.ff.de vul.z pupil.substi.sz costat q dicta comissio est ptra ius z in pindiciu aduersarij.vt de se ptz:z tn pot z dz vna bona z certa ipetratione recipere izmagis stricta:vcz q omittebat articul9 appellationis ex toto hoc est q sup illo articulo no pcedat nec pnutiet lz effect9 inde resultans nihilomin9 no omittat.Et recte simile qsi in terminis extra de sen.ex.lz.li.vj.facit.C.de iudi.l.quoties z.C.de or.cog.l.adite.Aliaz vero interpretatione latiore sibi dare posset: et p hoc etia omitteret effect9 ia messe ob ipsam appellatione emissus recte contra ratione,c.licet. Igit recipe primum intellectum.Egidius bellemere.

¶De sequestratione. Rubrica. Coclusio.liiij.

Asententia lata super reuocatione spolij facta lite pen.ex priuilegio litis pendentie non hz locum clemen. ad copescendu.pro quo facit optime no.ibi in glo.in interlocutoria.Cosilia.Ide Pau.z alij et ibi notat z q talis sit interlocutoria ptz clare p ea q no.gl.in cleme. si.de app.de snia sup pereptoria lata zc.Sed ptra q3 nos tenem9 clemen.appellanti non habere locu in snia tali:pro eo q nos ea reputam9 vim diffinitiue habere.Ite contra si vis diffinitiue est illa de qua in cle.ad copescendu et ista habet vim diffinitiue fm omnes:igit zc.Ecce:vt clarius videat coclusione pbo:q3 in costitutionibus nouis et a iure coi exorbitatibus fit adeo magna restrictio qd no arguitur ad casum aliu etia ex idetitate ronis.ff.de ac.z obli.l.in honorarijs.§.sed cum rescisa.et regula ius singulare.et regula que contra ius.li.vj.melius de regula.c.costitutionem.z.c.non solum.eo.li.Sed costat q clemen.ad copescendum et hmoi:vt ibi notat.glo.j.z alij oes post eam loquitur in diffinitiua et ista sententia non est hmoi:vt probat glo.dicte clemen.si.Scdo q3 nec est eadem ratio:q3 cu maiori maturitate diffinitiue pferuntur z per hoc cotraria sunt soluta q3 sequestari est contra ius:et facili9 quis accedit ad naturam suam iuris cois q ab ea discedatur.De scda probat ratio proxima:de prima.ff.de pac.l.si vnus.§.in specie.

¶Conclusio. Qualiter dicat coclusum i ca vide text.et ibi late per scribentes: maxime per Feli.in.c.cu dilect9.extra de fide istru. Cui adde q trib9 modis dz fieri pclusio [illegible]: vt pulchre per Areti.in [illegible] qm cotra fa[illegible] sam.in.viij. col.de pba. Et vtru post coclusione q fit i iudicio possint instrumeta pduci:vide extra de fide istru.cum dilectus.

¶De indicijs. Rubrica.

Conclusio.lv.

a Conclusio[a] etiam facta cum potestate reuocandi non debet reuocari ad petitione partis maxime que ea fieri postulauit:nisi allegetur aliqua ca:et sit aliqua psumptio p allegante:vt q3 testes:z instrumeta habeat in promptu q pducere vult.Cosilia.Opponit de coclusione.lvij.in co.Solutio aut qrimus an possit fieri:z sic loquit coclusio.lvij.aut qris an debeat fieri z sic loquit illa coclusio p.l.nuquid.de indi.lz enim in.lvij.coclusione caueur videatur esse de arbitrijs: vt ibi: dicitur tn iudex ad illud arbitriu no debet ingredi nisi iuste motus q3 per

tus q: per reuocationē alterius lis plurimū qńq3 prorogat: ⁊ negotiū plerūq3 huius occasione multipliciter intricat: que debet iudex totis viribus euitare. Si vero nō sit cōclusum cū potestate reuocādi: tūc aut est causa in qua ꝓcedit summarie ⁊c. tunc habet locum proprie cōclusio: q: in illis cōclusio non est de necessitate. vt clemē. sepe cōtigit. tñ si facta fuerit nō debet reuocari sine causa: causa videt bona si ꝓpositiones sint in promptu. Simile not. glos. in clemē. sepe cōtigit. de verb. signifi. de proba. recipiēdis post terminū ad probandū. Si vero est causa in qua nō procedit summarie nec est retēta potestas reuocādi: tūc dico q nullo mō debet reuocari: q: in istis causis cōclusio videt necessaria prout notat Accur. C. quomodo ⁊ qñ. l. probatā ⁊ sic q per conclusionē querit ius partis cuiusdā tacite renuntiationis de fiendis probationibus: vt probat ⁊ not. per Inno. de cau. pos. c. pastoralis. de procura. auditis. de sti. significauerūt. ⁊ de fi. instru. cum dilectus. quod auferri nō debet nec potest: vt. c. ab eo. lib. vj. de elect. ⁊ l. indultū. de regu. iuris.

De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. lvj.

Facilius reuocatur concl[usi]o ad petitionē partis in cuius cōtumacia fuit [fact]a q̄ alterius: imo tūc ſm Pe. de sarcenato sine causa reuocat quod intelligit dūmodo nō sit manifeste cōtumax. Est tñ hoc totum in arbitrio iudicis: maxime in causis in quibus procedit summarie. Consilia. Ratio diuersitatis in primo dicto: quia concludēs tacite renūtiat probationib⁹ vlterius fiendis: vt proxime dixi. Secus vero de alio potissime infra tēpus appelladi. Preterea q: cōcludēs semel conclusionē approbauit: ideo nō potest eam faciliter impugnare: secus vero contra quē absentē concludit. Quo ad secundū dictū de manifesto cōtumace: ratio est: q: iste non appellat nec reclamat. ff. de iudi. l. ⁊ post edictū. in fi. C. quē sen. sine app. rescin. l. j. Pena em̄ manifeste contumacie est q talis manifeste cōtumax damno litis afficiat: vt. ff. de re iudi. l. contumacia. j. responso. Quo ad tertiū dico maxime hic recipi restrictiue: nisi referas extra causas summarie ad casum in quo esset cōclusum cū potestate reuocādi per ea que dixi in cōclusione. s. prima. Si quis autē vellet attēptare ⁊ dicere q iudex qui cōclusit in causa summaria vel nō summaria cū potestate reuocādi dūmodo in reseruationē huius potestatis pars non cōsenserit sine aliqua causa probabili reuocare non posset: forte nō esset hereticū in iure: sed ista est materia qōnis seq.

De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. lvij.

Secundum dominū Pe. de sarcenato q c[um iu]de[x co]ncludit cū potestate reuocādi ⁊ idem i[n p]rocuratore habēte a dño potestatē reuocādi ⁊ re[u]ocāte pot[est] [e]tiam reuocare sine causa: ⁊ idem in procuratore eodē modo a [dn]o constituto: etiam si procurator vel substitutus per litis cōte[stationē] fuisset factus dñs litis. Consilia. Uere puto q dñs qui conclusit cum potestate reuocandi: reuocādo altera parte inuita grauat si reuocat sine caus[a] aliqua probabili: ita q po[ss]it ab eo appellari de iure: licet non recipiamus tales appellatiōes: quia licet fateor q in causa huiusmodi nō est necessaria cōclusio de iure: tamē parte inuita ſm stilum palatij nō debet omitti terminus ad concludendū. Itē quia reuocata cōclusione iterum terminus est assignādus ad concludendū ⁊ conclusio fienda. Item post conclusionē non recipiuntur testes nec adm[itt]untur articuli ad probandū sed solum proceditur ad sententiā proferendū: sed [p]ost conclusionem reuocatam secus: et ita longe differtur finis litis ⁊ intricant [ne]gotia in magnum preiudiciū partis: ergo licitum appellare. Item quia licet c[ōcl]usio nō fieri

debeat de necessitate: tamē si facta fuerit suum effectū operari debet: sicut dicimus ꝙ prouisor nō tenetur excipientē audire vel vocare ⁊ iudicialiter prouidere tamē si hoc fecerit sentētia vim rei iudicate habebit. No. Inno. de appel. constitutus. Egidius.

¶De appellationibus. Rubrica.
Conclusio. lviij.

a ¶Intimatio. Uide qñ arctet. i. c. cū cōtingat. v. col. ℣. vj. qd de rescrip. et itimare. i. notificare, q̄liter fit vide in cle. de elec. c. causam. cū sibi not.

Intimatio a appellatiōis interposite per procuratorē non valet nisi fiat fides appellato mādato ipsius procuratoris: quod videtur notare glos. in clementi. causam. de elect. in glos. approbat. in fi. ⁊ Pau. ibidē super ver. legitime. Consilia. Ratio mea fuit q: intimare non est in hac parte nisi edere hoc est ad notitiā ducere: editio autē in totū fienda est. ff. de eden. l. j. §. edere. ⁊ §. editiones. modo pars appellationis per procurat[...] interposite est mādatū ipsius procuratoris: q: absq; illo val[...] nō potest: vt de se patet: igitur ⁊c. Et ista ratio fecit multos d[...]s in contrariū opinātes dubitare. Sed circa hoc nihilominus sic distingue: quia aut intimat principalis cuius nomine dicitur appellatū: aut alius q̄ principalis. Si intimet principalis: aut intimat infra tempus in quo sibi licet appellare de iure: et tunc ipso facto dicam appellationē ratam haberi: vt. ff. rem ra. ha. l. iij. §. falsas. iuncta. l. bonorū. eo. titu. immo id est in odium ratificantis: aut post tēpus: ⁊ tunc secus. arg. d. l. bonorū. Secundo casu pincipali distingue: q: aut tenor procuratorij est insertus in instrumēto appellationis: et per eundem notariū qui procurationis ⁊ appellationis instrumēta recepit: ⁊ tunc credo ꝙ satis illud sufficiat sicut dicimus in instrumētis extractis vigore compulsorie per notariū qui eadē instrumēta receperat prius in notā ⁊ ingrossauerat ⁊ signauerat. Ratio est: q: a fide notarij dependet fides pellis mortue semper: sed si nullo modo fidē facit habet locum cōclusio per rationem quam dixi. Si vero fiat fides solū per modū transsumpti alterius notarij ⁊c. et certe si petat appellatus originale instrumentū procuratorij sibi ostendi ⁊ non ostēdatur et tunc puto conclusioni locū fore per aut. si quis in aliquo documento. Sed si tacet pars ⁊ non petit originale sibi ostendi: forte videtur transsumpto acquiescere. Sed hoc dubium est cogitabis: an vero procurator valeat intimare: dic vt infra. Egidius.

¶De appellationibus. Rubrica.
Conclusio. lix.

Intimatio appellationis facta per procuratorem valet licet non fiat fides appellato de mandato procuratoris intimantis dūmodo appellatio ipsa fuerit p principalē interposita: vel si fuerit interposita per procuratorē de cuius procuratorio illius q̄ eā interposuit cū ipsa intimatione appellatio fiat fides. Consilia. glo. videt' velle ꝙ imo talis appellās debet hr̄e speciale mandatū: sed puto ꝙ intelligat de intimāte ⁊ appellāte vt in conclusione. §. proxima precedenti. De intimāte solū puto istam conclusionē fore veram. Ratio quia postq̄ fuit infra tēpus ⁊ alias legitime [...]m: sufficit ꝙ ap-

pellationis notitia infra mensem qualitercunq; deueniat in notitiam appellati: vt probatur in dicta clemē. causamq; de elec. in fi. ergo non refert p quē intimatio fiat. ar. ff. de peri. here. l. item veniunt. §. a quo. ff. de ac. emp. l. j. in fi. ergo nō refert: q2 licet requiratur mens litere q appellatio interiecta interpositiōe que ad materiam formā & tēpus sit legitima: item q fiat in presentia appellati vel sui specialis pcuratoris aut q ipsi appellato aut eius pcuratori spāli infra mensem fuerit legitime intimata: vt clemen. causam. alle. non tamen exprimit tex. per quem huiusmodi intimationem fieri oportebat: ergo cum intimatio non sit aliud nisi ad notitiā eius cui fienda est deductio: non refert per quem fiat dūmodo fiat: postq̄ tex. non requirit nec determinat per quē fiat. Cum enim clemen. causamq;. ponat ius nouum et quodāmodo penale: nō est extēdenda seu verba a suo pprio significato distrahenda cū nō est absq; dubio: q2 nisi de volūtate appellātis cōstet fieri intimationē nescire pōt appellatꝰ an appellans psequi velit: sed dico q presumere debet volūtatem primā durare ar. C. de vsu fruc. l. ambiguitatem. & extra de bap. c. maiores.

¶ De officio legati. Rubrica.

¶ De officio vicarij. Rubrica.

Cōclusio. lx.

PRocessus factus per officialem archiepiscopi tāq; legati qui valere non potest iure ordinario sed bene iure legationis non valet: nisi probaretur officialē esse de illis de quibus in. c. statutū: de rescrip. in vj. in prin. & habere quo ad hoc iurisditionem legati sibi specialiter delegatā. Consilia. Patet primū: de rescrip. statutū li. vj. §. j. Patet scōm: quia licet faciēs actum videatur facere ex vtraq; potestate si duas habet et hoc expediat vt de prescriptionibus cū ex officij. tamē cōmittens vni alteri potestatem non propter hoc aliā committit: q2 primū est extēsiuū vt actus valeat. ff. de testa. mili. l. iij. scōm vero est restrictiuū: vt de offi. vica. c. ij. & iij. lib. vj. immo debet habere locum argumentū de tanq;: per ea que dixi in vna conclusione. hoc verū si per se vel alium q̄ suum officialem talē generalē iurisditionē hmōi legiturā sicut aliā exercere consueuit: cū vtraq; ratione eiusdē sue ecclesie competātiei. Nā in talibus consuetudo multum exuberat tam respectu committentis: vt. l. vel vniuersorum. ff. de pig. ac. & l. si seruus plurium. in fi. ff. de le. j. q̄ respectu auditorij. & C. de manci. lib. l. j. in fi. q̄ respectu erroris publici: vt. ff. de offi. preto. l. barbarius. Sz quid in dubio presumemus? Primo dico q circa talia que publice fiunt, saltem in partibus in quibus fiunt dubium esse non pōt. Sed dico secundo si dubiū esse posset verba commissionis essent ponderanda. ar. de priuile. c. porro. & vbi ex verbis nihil certi colligi posset: dico tertio q putarem in dubio iurisditionem legitimā totā preter exempta esse cōmissam. Primo quia regula est pro commissione officialis q preter exēpta iurisditio committētis & ecclesie sue transit. de offi. vi[...] [...]bat bene. c. solita in fine de ma. & obe.

a ¶ Per officialem. Officialis le deriuat ab officio officio: qd idē est q noceo noces de elec. nihil est in pri. tn̄ p contrariū q2 nō nocet l[...] mo prodest iustitiā exercens: vt. c. [...] est crude [...]s. xxiij. q. v. potius debet dici deriuari ab officio qd est nomē. Jo. bap. castel. Et nota q officialis dr index vel appari tor: extra de sen. excō. c. si vero.

Secundo videtur esse casus in ratiõe de offi. vica. c. j. li. vj. vbi apparet q officialis Remeñ. nedum habet iurisditionem ciuitatis et dioce. Remen. immo etiã suffraganeorũ et prouincie: nec ibi apparet de speciali mãdato: et tñ alio et alio iure ille iurisditiones cõpetunt archiepiscopo licet ratione eiusdem ecclesie.

¶ De testibus. Rubrica.
Conclusio. lxj.

Non valent attestationes testium si dixit in genere notari⁹ i actis dies in quibus pducti et iurati fuerunt: videlz sic dicẽdo: hac die sex testes fuerũt recepti et iurauerũt: si nõ exprimuntur noia etiã si post in examine dicat talis testis receptus et iurat⁹ deponit sic etc. Consilia. Ratio primi est: qr actus oẽs iudiciales debent habere talem descriptionẽ tẽporũ locorũ specificam: vt clare nota. et legit per glo. de pba. c. qm̃. Ratio qõnis est qr tales act⁹ iurisditionales debẽt fieri per notariũ vel duos probos viros vt in dicto. c. qm̃ contra. in fine et ita redigunt ad instar publicorũ instrumentorũ: saluo q testes in eis spãles non requirunt. p eo q publice fiunt: et ideo sicut tunc in publicis instrumẽtis dictis locorũ et tẽporũ descriptiones requiruntur: ita et in actis iudicialibus maxime: qr eadem ratio viget vtrobiqz: videlicet vt detur parti defensio sua legitima contra falsitatẽ si fieret per. l. optimã. C. de contrahen. et cõmit. stipu. Itẽ alia rõne: qr alias incertitudo vitiaret totũ ar. ff. de re. du. l. in ambiguo et. l. si fuerit. et. C. de [illegible]. q̃ sine cer. quã. l. iij. Rõ secũdi dicti est: qr licet notario dispositiue et de presenti loquenti in forma iuris fides adhibeatur: tamẽ si loquit narratiue de facto preterito forte non agitato coram se sibi non credit. nota Inno. in dicto. c. qm̃ cõtra. et est istud de iure clarũ. Egidius bellemere.

De verborũ signi. Rubrica. Conclusio. lxii.

Appellatione cultorũ et incultorum venit nouale [a] vt de ceci. ex parte iij. Consilia. Puto esse casum de hoc de ver. sig. c. quid per nouale. vbi est casus q appellatione noualium videlicet in casu conuerso conclusiõis culta non veniẽt. Ratio conclusionis: qr verbum incultum dicitur ab in quod est non et cultum quasi non cultum: modo dictio cultum est vnum participium preteriti temporis: ergo negatio ipsiz precedit que de natura sua habet destruere quicquid post eam sequitur et facere equipollere suo contradictorio. facit. q non cultum seu incultum dicatur quasi nunq̃ cultum: ergo pro nouali est accipiendũ arg. ff. de re. du. l. qui ducenta. §. vtrum. saluis restitutionibus de quib⁹ habetur in dicto. c. quicquid per nouale. et de deci. c. ij. li. vj. et eo. tit. in antiquis suggestum.

¶ De cõsuetudine optã. Rubrica. Cõclusio. lxiij.

Fuit obtẽta per maiorem partẽ dominorum videlicet q consuetudo optionis in ecclesia vbi sunt prebeẽde distincte prescribitur decẽ annis [b] p gl. ordinariã. Jo. an. in. c. fi. de cõsue. li. vj. Sed ego contra quia talis est contra ius cõ[illegible] pit viã ad vaca-

a ¶ Venit nouale. Qualiter pbat aliqd esse nouale: vi de Spec. ij. parte ti. de pba. §. vlti.

b ¶ Prescribit. x. annis. Quotuplex sit qu[illegible] p̃scriptio [illegible] de Bar. in [illegible] j. et in. l. naturaliter. ff. de vsuca. Et an vna ecclesia possititura alterius tollere per p̃scriptionẽ. vide xvj. q. iij. p totũ. Et extra de p̃scriptio. c. j. lib. vj.

turam: tum quia concedit recipere beneficium propria autoritate sine titulo. Et quod sit contra ius commune tenet Archidiaco. in. c. fina. alleg. in glos. habente. in fine. Nec obstat; si dicas quod hic non mutatur titulus canonicalis sed solum prebenda manente eodem titulo canonicali. dico enim hec non valere: tum quia in prebendis distinctis mutata prebenda mutatur canonicatus propter inseparabilem connexitatem per not. Guil. de monte laudu. vt. c. si iuxta. de prebe. in clemen. Faciant nota. Compo. et Joan. and. de consti. cum. M. et ar. de preben. si clericus. lib. vj. tu qr titulus prebedalis de per se est beneficiu ecclesiasticu immo in casu nostro talis nature sicut archidiaconatus vel abbatia: vt not. Jo. an. de proba. ex literis. qr loquor in prebeda distincta habete certu corpus perpetuorum redditum scdm ea q distinxi super coclusione prima. facit optime notabilis distinctio de hac materia qua ponit Inno. de preben. c. maioribus. et de hoc videt text. in. c. in nostra. de rescrip. tu qr si intelligeret de mutatione perpetuoru redditu ipsius prebede adhuc esset istud magis contra ius vez q vni prebende auferretur in totum iura sua et darentur alteri: et qualitercunq sit negari non possit quin saltem talis consuetudo hoc casu preiudicaret secudu ho[c] [hu]iusmodi pinguiori canonicatui seu prebede: et ita q in eius prescriptione esse[n]t necessariu. xl. anni. ar. de elec. cumana. de cau. pos. cu ecclesia. cu si. ij. q requiruntur. xl. anni hoc principaliter probatur sic. dicta cosuetudo tedit de directo quo ad prebenda pinguiore ad preiudicium epi collatoris sicut proxime alleg. Et breuiter inter hanc opinionem tenui finaliter post longa consilia et disputationes discussas do. Pet. de sarce. dicebat tn c. fi. allegatu. de consue. intelligi de consuetudine virtute optionis artate epm ad conferendu aliter consuetudine non valere. Dicebat autem Gal. eam intelligi et fundari in tacito consensu epi no cotradicetis. Preterea dicit do. Pe. de sarce. impugnando. G. qr aut loquit de iure ciuili et tunc male: quia doct. iuris ciuilis non ponut nisi decenale aut de canon[i]co et hoc no qr non reperitur tex. qui ponat nisi quadragenariam: quare sm. l. dicebat tepus prescriptionis conclusionis arbitriu contra doc. et glo. qr non est lex que contrariu dicat. qr longum et diuturnu aliter et aliter accipitur secudu diuersitatem materie: et in materia non determinata a iure reputatur ad arbitrium: et finaliter ad hanc partem quasi omnes declinauerut vt dixi supra. conclusione. j. Ibi posui vnam claram distinctionem bimembrem que declaratur clare per Compo. in. c. fina. de consue. vbi dicit quod vna erat consuetudo in Mediolan. optandi domos de qua fuit pronuntiatum q prescribi potuit. xxv. annis. Et finaliter distingnit ibi Compo. in prima glo. aut dicta consuetudo optandi est talis per quam non queritur aliquod ius spirituale vt consuetudo optandi domum: et tunc in illa sufficiant. x. anni: aut est talis per quam debet transmutare aliquod spirituale ius et tuc requiruntur. xl. anni. Modo pr[im]o membro huius distinctionis de directo conuenit primum mebrum distinct[i]onis mee posite supra circa conclusionem primam. Et secundo membro huius distinctionis recte etiam [c]onuenit membrum secundum dicte mee distinctionis: quia in primo casu non mutatur ius spirituale videlicet titulus prebendalis et canonicalis propter inseparationem quam dixi: et a primo membro huius distinctionis Compo. sumpsit originem dicta glo. Joan. and. Id autem videtur allegare Archidia. in dicto. c. cum in tua. hanc consuetudinem esse contra ius videlicet in glos. sua que incipit: habenti intellige membrum sm secudum dictum distinctionis mee: et id quod dicit idem Archidia. in glo. que incipit: quomodo &c. in fi. intellige secundum membrum dicte distinctionis et dissolue contrariu[m] [d]e. c. cum de beneficio. scdm quod facit Archidia. per distinctionem supra prox[im]am. Uel dic scdm dominum meu sancti Eustachij quod per hoc qd dimittit dic[tum] cotrariu insolutum videtur stare cum contrario. Mihi autem non placet soluti[o] Joan. and.

ad illud.c.quia plus resistit dispositioni iuris cōmunis ꝙ quis propria auctoritate dimittat suum beneficium ⁊ eadem autoritate aliud assequatur seu aliud vacaturum expectet in preiudicium etiam ecclesie alterius collationis:ꝙ resistit iuris communis dispositioni ꝙ nouo status beneficio attribuatur. Nec obst.vnum facile motiuum contra secundum membrum distinctionis mee dicentium non fieri mutationem quando in eodem corpore vel collegio fit pro eo ꝙ totum nomine ecclesie possidetur. Nam titulus beneficij de cuius mutatione hoc agitur non possidetur nomine ecclesie sed nomine beneficiati:nota Innoc. de cau.posses.cum super.de restitu.spolia.in literis.⁊.c.ex parte.Non obst.ꝙ consuetudo ista est rationabilis ex lectis. ⁊ not. de maio.⁊ obe.statuimus. quia vltra prescriptio requiritur videlicet.xl.per predicta.

De testibus. Rubrica.

Conclusio.lxiiij.

Depositio nuda.s.sine redditione cause in teste valet nisi sit articulus iuris:⁊ ꝙ testis probans consuetudinem debet probare actus: actuum finem ⁊ temporis diuturnitatem:et ꝙ debent esse plures concordes eorundem actuum:et ꝙ debent deponere de diuturnitate temporis incipiente ab aliquo actuum habilium ad cōsuetudinem inducendam[a].Consilia.Ratio primi ⁊ secūdi dicti est quia articulus iuris non cadit de directo in mentem testis:alius sic: ⁊ procedit ex not.Innocen.de testi.c.cum causam. Intellige tñ primum dictum in casu in quo testis de causa nō fuit interrogatus. per nota.glo.⁊ Cyn.C.de testi.l.solam.Ratio vero tertij quarti ⁊ quinti dictorum est: quia ista sunt de principijs essentialibus consuetudinem constituentibus:institu.de re.diui.§.ex non scripto.C.que sit long.consuetu.l.ij.et extra.eod.c.fi.fa.nota.Joā. andr.de testib.c.fraternitatis.in commento.in.iiij.q. qui enim habet ponere totum: habet ponere quamlibet eius partem.ff. de origi.iuris.l.j.et.ij.et.C.ad sille.l.j.in fine. cum sm̄ philosophum totum nihil sit aliud ꝙ omnes sue partes simul sumpte. primo physicorum.Ratio sexti dicti est ꝙ testis singularis nihil probat.vt extra de testi.c.licet vniuersis.⁊ de electio.c.bone.et C.de testib.l.iurisditio. Ratio septimi dicti videtur quia aliter ratio non videtur tempus certum cōcurrisse nisi probetur principium sui cursus modo non videtur posse inchoari nisi ab aliquo actu habili ad hoc:⁊ hoc verum in prescriptione consuetudinis.x.vel.xx.annorum:aut forsitan.xl. secus in prescriptione consuetudinis temporis de quo non est memoria:allegare principium tale esset allegare contrariam memoriam:contra id qđ probandum foret.Ideo sufficit probare de certis actibus restantibus ⁊ ꝙ non sit de contrario memoria immo.ꝙ est fama ita factum ⁊ obseruatū fuisse semper.Ita not.Joā.and. in suis addi. super Spe.titu.de testi.Egidius.

a Consuetudinē inducendā. Nota ꝙ consuetudo ē vsus ratiōabilis competenti tpe firmat⁹. nullo actu cōtrario interruptus: frequētiseu cōtrario iudicio vł tpe cui⁹ non est mēoria vsu ꝙ cōi[...]tiū cōprobat⁹. Et dicitur cōsuetudo multis modis vt.ff.de legibus.l. diuturna. Nota ēt ꝙ ꝯsuetudinē aliqñ inducit bin⁹ act⁹ xxv.q.vlti. ita nos.

De consue.probanda Rubrica.

Conclusio.lxv.

Articulus formatus super consuetudine debet concernere actus & coniu frequentiam: & quod actus illi fuerunt facti scientibus & consentientibus omnibus tacite vel expresse vel saltem maiori parte illorum qui possunt consuetudinem inducere. Tenuit tamen do. Pet. de farce. quod ubi de iuribus consuetudinis principaliter contenditur habent locum predicta: sed ubi non principaliter sed incidenter: secus per .c. veniens. de verbo. signi. per Innocen. de notorio. Consilia. per predictum precedens restringe verba dñi viuarien. ea que scripsi supra, conclusione proxima precedente: & que in dicta conclusione leguntur & notantur. Item intellige etiã conclusionem omnino locũ habere ubi consuetudo induceret in modum obiectus: quia tunc clarissime probationes requiruntur. per not. Inno. de accusa. super his. & in Specu. titu. de [illegible]ma. §. j. ver. quod si agenti. Idem putarẽ ubi agentis vel excipientis intentio super tali consuetudine fundata haberet ius commune resistens: tunc enim ad intentionis de iure cõmuni fundate enumerationem requireretur artior & clarior probatio. ar. de rest. spo. c. de deci. lib. vj. Idẽ dico si ad pene maioris inflictionẽ consuetudo hmõi allegetur: ar. de preben. c. fi. & ff. de accusa. l. libellorũ. alioquin possit satis teneri restrictio do. pe. Vellem tñ de dicta conclusione modis predictis restricta habere pulchrum tex. vel glos. aut docto. notabilem quia verissimum idẽ putarem. Supra precedentia semel in uno consilio coram [illegible]no dño Cardinali allegaui: et fuit nouũ quodãmodo reputatũ: & allegabatur Inn. per unũ notabilẽ virũ in loco in quo ipse hoc nõ ponit: & tñ si conclusio est vera saltẽ in quatuor casibus supra tactis: notabilissima est: & de facto nobis hoc continue occurrit.

De prebendis. Rubrica.

Conclusio. lxvj.

Decretum reseruationis non impedit possessionis traditionem sed bene effectum eius: sed non tantũ quin valent gesta per possessorem noie ecclesie: quia illa procedunt non a possessione sed a iure cõi dante illi qui pro tali habetur hanc potestatẽ administrandi. viij. q. iiij. nõne. & ff. de offic. preto. l. barbarius. Ita quod collationes beneficiorum [a] nomine ecclesie reseruate per ordinariũ possessorẽ bone fidei bene valent saluis ecclesijs cathedralibus monasterijs abbatijs in quibus contrariũ est statutũ per dñm Urbanũ quintũ in quadam regula data in cancellaria. Consilia. Hec conclusio est valde notabilis: & quod hic dicitur de possessionis traditione intelligo quod ius illud impedire nõ potest. ff. de cap. l. in libello. §. facte. sed bene impedit eius effectũ. & hinc est quod petenti restitutionem beneficij etiã suspenso petitorio obstat & opponitur reseruatio bñficij ut tz palatiũ: quia effectus iuris est producere interdictũ & verba & quicquid fuerit in Jriũ attentatũ magis cõcernũt factũ iure aliquo adminiculatũ quam ipm ius per se & sunt generalis

a Collationes beneficiorum ad quem spectent: Dicit notatur extra de preben. c. si tibi absenti. prior rñsor nota quod collatio dicitur aliud iuris trãslatio ut extra de app. c. a collatione. de insti. cũ ad nram & de cõces. prebend. c. post electionem. ver. quod si archieps & totũ hoc notatur per archi. c. cũ in illis. libro. vj.

sima vt de se patet. Dico scdo q si iure spali copeteret aliqd canonico prebēdato rōne canonicat⁹: vtputa eligere q eius electio ex publico errore nō iuuaret: sed potius per reseruationē vitiaret. Et hinc est q lz si occulte excōmunicatus vel suspensus in publico officio cōstitutus aliqd faciat rōne sui publici officii illud bene valet: suspensione vel excōicatione nō obstan. de re iudi. c. ad probandum. ꝛ dicta. l. barbarius. Secus de his q non fierent iure publici officii vt sunt vota q in electione prestant prout istud ad literā notat Innoc. de cōsue. cū dilectus. in glo. suspensus em. in fi. Et simile notat Inno. de rescrip. c. super literis. super ver. forsan. post prin. illius glo. Intelligo aūt cōclusionē de possessione facti qui dū gerebat tales actus ignorabat reseruationē: qꝛ si sciret esset male fidei ꝛ non faceret fructus suos. no. in simili. Inno. de iure pa. c. cura. Ratio conclusionis est ista: qꝛ reseruatio non cōcernit nisi appropriationē collationis factam soli pape et inhibitionē conferendi factā ordinario collatori: ꝛ decretum solū premissa concernit. probat clemen. viij. j. responso. de conces. preben. igitur decretum non irritat nisi collationem ordinarij contra reseruationē et inhibitionem antedictas per inferiorem attentatas modo cōstat q gesta per nō canonice institutū ex publico errore iuuantur: igitur ꝛ hoc casu: cum reseruatio: inhibitio ꝛ decretum ea non directe concernunt. Non enim ratione possessionis vel tituli hec tollerantur: sed ratione publici erroris ꝛ publice vtilitatis vt probat. l. barbarius. allegata. Egidius

¶ De verborum sig. Rubrica.
Conclusio. lxvij.

Ex Licet. ff. de verbo. signi. de differentia inter acta ꝛ gesta sm sanctum thomam intelligit q acta ad extra gesta ad intra. Unde sm philosophum Ars est habitus rerum factibilium. Prudentia rerum agibilium sm dūm viuarieñ. Consilia. Aliam differentiam ponit glo. in. d. l. licet. sed non insisto: quia ista disputatio non est multū vtilis: nec fuit posita hic ista conclusio nisi propter dictū dñi viuarieñ. Sed etiā q gesta ad extra se extendāt probat. l. quecūq gerimus. ff. de ac. ꝛ obli. De actis habes. ff. de re iudi. l. acta. sed ibi stricte sumitur pro gestis iudicialibus de quib⁹ satis probatur. c. qm cōtra. de proba. ꝛ ibi per Inno. Et lz tex. illi⁹. c. dicat satis bene q acta debēt redigi in scriptis p notariū vel duos probos viros: tñ credo q possint fieri sine scriptis ꝛ probari p testes preterq in diffinitiua sententia vt legitur a contrario ꝛ etiam nota. de re iudicata. c. fin. libro. vj.

¶ De verborum signi. Rubrica.
Conclusio. lxviij.

Hec est differentia inter cōstare ꝛ reperire: qꝛ constare requirit veritatem. Ideo partis vocationē de censi. presens in clemen. cū ibi not. in glo. ꝛ ibi apparentiam que non requirit vocationem partis. de offic. delega. c. j. in clemen. cum ibi nota. et in clemen. cum ei quē. de conces. preben. cum ibi nota. per Paul. et cum nota. per Innocen. ꝛ Hostien. de presumptio. dudum. Consilia. pro primo alleg. dominus noster Grego. xj. C. famī. hercis. l. si tibi constiterit. ff. de verb. obligatio. qui rome. Differentiam vero predictā inter constare ꝛ reperire ponit Inno. in. c. dudum. ꝛ glo. in dicta clemen. vna.

¶ De prebendis. Rubrica.
Conclusio. lxix.

a ¶Collatio prebendarū Quid sit prebēda: Dic q prebenda est ius percipiēdi prouentus in ecclesia. Et qr ista materia prebēdarū habet lac r lanā: pellē r carnes. i. abundantiam temporaliū: ideo varia iura circa illā sunt prodita: et multe questiones oriunt quotidie: ex quibus qr practici lucrantur in curia romana: r alibi istā materiā studuerūt r studēt r multū ē dilatata plusq̄ materia de penitentia et similes: r papa r cardinales et religiosi etiā paupertatis r clerici seculares in hac materia studiose peccāt cōtinue: ideo de hac recurratur ad Gof. Host. r spe. hoc eodē titulo de preben. r dignita. r titu. de conces. preben. vl' eccle. nō vacan. r ad tex. r gl. Ber. Inno. r Hosti. eo. tit. e... plene notata per Cōp. extra de rescrip. c. capitulū sancte crucis. r ad tex. r glo. dictorū tit. li. vj. r in cle.

a concessionē de noiatis in cancellaria factā nihil facere penitus potuerunt per superius allegata. per. c. pastoralis. §. fi. Non obstat q2 specificatio iudicū nō pertinet ad partē s3 bene pertinet ad partē specificare res super quib9 z personas cōtra quas agere vult. Non ob. q2 licet datio executorū in genere precedat literas: descensus tñ de genere ad speciē et noiatio iudicū q̄ debet precedere quęcunq3 actū per ipsum gerendū: cū actus sint indiuiduorū primo methaphisice nō generū sic in confectione literarum. Circa tertiū dubiū vbi iacet lepus magis instandū est: in quo multi tenent indubie q2 executor quicunq3 ante receptionē literarū habet potestatē plenariā exequēdi ac ipsius potestatis exercitiū: mouent ex hoc q2 princeps dans executorē statim cum dat certū z nominatū transfert in eū z iurisditionē seu potestatē exequendi ac ipsarū potestatis z iurisditionis exercitiū: cum in istis tempus date sit cōsiderandum vt in iuribus supra in aliis dubiis allegatis: z maxime procedit hoc in executione principis q̄ pōt inuitū z ignorantē dare. vt. ix. q. iii. c. per principalē. cū ibi no. sicut pōt z ab inuito z ignorante iurisditionē reuocare. C. de iudi. l. iudiciū. de conces. preben. c. q2 in cunctis. in. §. ex parte. li. vi. Et si dicat per aliquos q2 habet potestatē nō habet exercitiū: nō videt istud valere: quia cū cōstet q2 habet potestatem re ipsa z non constet aliquo iure determinatū exercitiū huius potestatis esse legatū: dicendū est ipsum exercitiū inesse potestati z cōcurrere cū ipsa vt satis clare probauit alleg. decre. q2 cunctis. et eo. ti. z li. c. si soli. z. c. cū ei quē. in cle. Alii. z maior pars tenent oppositū: dicētes q2 null9 executor h3 potestatē quoquomodo procedēdi ad executionē gratie in qua executor deputatus antequā recipit literas sue potestatis saltē quo ad deducendū potestatem ipsam in actū z si faciat totū quicq̄d facit est nullū. Mouentur ex hoc q2 princeps gratiarū executoribus gratiarū semper mandat potestatē eorū per suas literas certā formā continentes ad cuius forme obseruationē executor ipse astringit mero iure. de rescrip. cū dilecta. de resti. spo. c. pisanis. de preben. c. cui. de non. lib. vi. ergo simul cum literis per quas mandat ipsa potestas potestatem ipsam z eius exercitiū recipiūt ipsi executores. per. l. q̄ absenti. ff. de acqui. pos. z facit ad hoc qđ not. iii. q. v. c. quisquis. ibi postq3 ipsum literas recepisse cōstiterit: sic in simili no. glo. de cle. ex. mi. c. ad apostolice. glo. magna. z. ii. q. v. c. quanto. z maxime q2 postq3 princeps artat executorē ad forme obseruationē in literis ipsis cōtente de qua executor nō pōt habere plenā notitiā alias q̄3 per ipsarū literarū inspectionem vt probat de rescript. c. si q̄. z. c. cū adeo. de fi. instru. c. contingat. et tiarius. de priuile. c. porro. de mēte ipsius principis cōiecturari videt q2 ea tunc demum vtatur cū receperit literas per quas de intentione ipsius habeat plenius informari cui menti standum est etiam si verba hoc nō haberent. de rescript. c. causam. de ver. signi. c. intelligentiam. s. §. s. marchion. xxvii. dist. c. relatum. in cle. de iureiuran. c. Romani principes. pro hac parte facit. Nam quicquid sit de iure ciuili. Canoniste vtplurimū tenent q2 iurisa ditio seu potestas delegata non acquiritur nisi scienti et con-

a Iurisditio. Quot modis sumatur iurisditio: qualr diffiniat: et qualiter diuidat not. l auk. de desen. ciuit. §. ipsos quoq3. et. §. op3

sentienti: vt videtur tex. xxiij. q. vltima sepe. et ibi not. idem not. Archi. de offic. delega. c. iudex. lib. vj. Et facit ad hoc quia sub clausula impotentie includitur voluntas vt est expressum de offi. deleg. c. prudentiam. c. addicimus: quasi si nō vult non transferatur in eum iurisditio et per consequens nō possit cū iudex non sit de rescrip. sciscitatus. Nec secundū istam opinionē obst. quod opponit huic rationi. s. quod officium iudicandi est minus necessitatis quod mero iure inuito vel ignoranti queratur: sed quia ad hoc munus subeundum pōt quis inuitus compelli. de offic. delega. c. pastoralis. primo responso. Et istius opinionis videtur esse clare Inno. de concess. preben. c. quia cunctis. §. ex parte. et Jo. and. et alij moderni post ipsum sicut de beneficio est expressum de preben. c. si tibi absenti. lib. vj. et eo. lib. de rescriptis. c. gratia. Consentire autem non potest vt potestatem executiuam acquirat et eius exercitium qui ipsam potestatem ignorat et eius formam. de preben. c. si beneficia. que decre. cum not. ibidem: bene facit ad hanc partem et videtur expressum in. l. si per errorem. ff. de iurisditio. omniū iudicū. in his que not. de offic. delegat. c. p. et. g. Quid dicendum? Maiori parti consilij visum fuit quod executor quicunque non potest exequi illud quod sibi ad exequendum mandatur nisi primo receperit literas sue potestatis vniuersaliter allegat. Et licet aliqui magni voluerunt facere distinctionem inter executorem qui sine aliqua cognitione potest procedere ad executionem eorum que sibi iniunguntur et illum qui habet premittere cause cognitionem parte vocata vel ex suo officio: satis videtur de mente iurium et docto. autenticorum iuris canonici esse quod nullus executor possit procedere nisi primo receptis literis sue potestatis et quicquid hactenus obseruatum fuerit. ita videtur mihi debere declarari et non procedens per modum rationum sed inductionum tantum: breuitatis causa videtur mihi quod hanc partem satis probant clare iura infrascripta. Primo probant hoc decret. mandatum. de rescript. et decre. sequens etiam decre. per literas. de preben. in clemen. quod eodem modo faciunt ibi mandatum apostolicum ad te directum. Nam ille terminus pro te supponit pro termino adquem: cum sit de preterito denotat actum perfectū hoc est attigisset terminū rescriptum ad quem dirigebatur scilicet executoris: alias non esset directum sed in dirigendo esset efficacius. facit. c. abbatem. eod. titu. ibi qui mandatum apostolicum iam suscepit communi. ex tunc possit procedere ad prouisionem non antea. Ad idem efficaciter facit. de appellationi. c. super eum. vbi tenent hanc partem reputant text. nec procedit solutio aliter opinantium et dicentium qd illa decreta. bene probat quod vbi iudici prefigitur tempus infra quod causam debet finire tempus incipit currere a receptione literarum quasi ante non sit negligens si non procedat sed bene probat si ante velit procedere qd non posset: dato quod hec solutio non procedat. Ratio: quia pone quod iudex delegatus datus cum certi temporis adiectione an receptionem literarum processit multum in causa aut valeat processus aut non. Si non habetur propositum. Si valet: ergo in potestate iudicis taliter dati erit principis intentionem frustrari procedendo multū in causa anteque literas receperat. vt illud ad tempus precedens receptionem habeat de lucris: quod non est dicendum. Sit ergo mens illius litere quod tempus ideo incipit currere quia antedatus iudex non potest procedere per. c. quia diuersitatem. de concessio. preben. cum suis similibus. Item alia opinio esset vera: ergo non video quare ille text. non determinasset tempus debet currere illo casu postque incepisset procedere si hoc posset ante receptionem literarum. similiter facit eodem titulo. c. vt debitus. cum suo vero intellectu. Ibi enim patet qd impetrans primum rescriptum quod nondum est presentatum non potest. excipere de ipso contra secundum quod iam est

presentatū: donec ipsum primū presentet: quare hoc esset nisi virtute primi non-
dum presentati posset procedi non video: sed quia ante receptionē primi iudex
per ipsum datus non pōt procedere vt pars cōtra quā est impetratū nō maneat
impedita sed semꝑ habeat iudicē coram quo posset prosequi suā iustitiā. Ideo
ante receptionē primi de ipso ⁊ de eius prioratu excipi nō pōt cōtra scōm quasi
non videat effectualiter esse anteq̃ iudex per ipsum datus possit procedere. de
pe. di. j. c. hec aūt verba. de cleri. nō resi. c. relatū. cū simi. Ad idē facit. c. cū tenea-
mur. in prin. de prebē. ibi si mandatū nostrū pro alicuius prouisione receperis.
⁊ de rescrip. susceptū. in prin. ibi suspectū ab apostolica sede mandatū. ⁊ eo. tit.
c. si ꝑ te. sꝫ efficaci⁹ facit. c. ti. duob⁹. §. si vo. vbi ptꝫ ꝙ qñ illi quoꝝ gratie ꝑ oīa
sunt equales cōcurrūt in data: ille preferṫ q̄ primo pñtat suas lr̃as executori ha-
benti potestatē prouidendi. Et ita fuit determinatū in rota me presente. Indu-
bitatū est autē ꝙ si executor nondū presentatis literis possit facere processus ꝙ
nō preferṫ suo executori literas presentans: imo ille q̄ per suū executorē primo
fecisset fieri suos processus per ea q̄ not. ibi Jo. an. in no. glo. mag. ver. hoc ad-
do. Ad idē eo. lib. de preben. c. ij. in. §. rñso. ibi siue literas super aliquoꝝ pro-
uisione generales siue etiā speciales sub quocunq̃ verboꝝ receperit: ⁊ eo. tit. c.
si pro clericis. in prin. ibi literas vt eis de beneficiis prouideas etiā si animarū
cura sit annexa eisdē recipere. c. contingat. ⁊ c. si clericus. ibi a sede apostolica
recepisti. ⁊ eodē modo. de offi. delega. c. qm̄ abbas ibi mādato nostro suscepto.
⁊ de restitu. spo. c. audita. Preterea satis efficaciter facit q̄ bene respicit ordinē
litere. eo. libr. de conces. preben. c. qr cunctis. vbi allegans tex. ꝙ ad hoc vt per
potestatē datā executori de prouidēdo auferaṫ ordinario prouidēdi potestas ⁊
promittens exceptionē literarū executoriarū et notificationē earū factā in iudi-
cio infert ꝙ adhuc est necesse vt executor notificet ⁊c. fit in processib⁹ q̄ fiunt per
executorē vt quelibet docet practica. Et si cōtrariū diceret̃ omni die executores
mentirenṫ in processib⁹ in quib⁹ semꝑ ponunt noueritis ⁊c. Et breuiter q̃tū mi-
hi apparet oēs tex. de hac materia loquētes hāc partē innuūt: ⁊ nullū tex. repe-
ri q̄ efficaciter oppositū innuat. partē aūt hanc tenent oēs notabiles canoniste.
Primo hoc videṫ esse de mēte Jo. xcvij. di. c. nobilissimus. ⁊ fi. ꝙ ipse idē no. iiij.
q. v. c. quisquis. ⁊. xxiiij. q. vlti. c. sepe. glo. ergo ibidē videtur esse clara de mēte
Inno. Nā licet in. c. in questione. de resti. spo. opiniones recitat non eligēdo. tñ
in decre. cū olim. de priuileg. ad finē clare innuit istam partem. Ibi eñ querens
vtrum delegatus possit probare per testes vel alias q̃ per rescriptū sue delega-
tionis potestatem: dicit ꝙ non anteq̃ sibi fuerit presentatum rescriptum et per
ipsum receptum per. c. sancimus. xxv. q. ij. Sed si post receptionē perdaṫ pote-
rit probari per testes vel alias per communia iura: quare hoc esset nisi qr iudex
delegatus ante receptas literas sue potestatis non pōt vti iurisditione sibi de-
mandata: ⁊ per cōsequens non pōt recipere probationes ꝙ iudex est q̄ iam exer-
ceret iurisditionem probationes super hoc recipiendi prius q̃ haberet exerci-
tium iurisditionis: qđ est impossibile. Ad idem bene facit vt ipse idē no. de con-
ces. preben. c. qr cunctis. §. ex parte. vbi tenet ꝙ consensus principis cōmittentis
⁊ executoris deputati debent concurrere anteq̃ queraṫ potestas: qđ non videṫ
posse esse anteq̃ recipiat literas sue potestatis: cū ante consensum debeat cer-
tus esse de potestate sua: quod nō est anteq̃ recipiat literas sue potestatis. per
alleg. c. si beneficia. cū ibi not. per Archid. de preben. lib. vj. Itē eandē opinio-
nem clare tenet. Sed contra ibi videṫ Inno. ⁊ contrariū ibi Jo. de ligna. et dñs
meus dñs presertim mihi gratiosus: oēs tenere hanc contrariam partem: ⁊ ibi
vide que scripsi post eū pro solutione ad. c. super eo. et ad. c. vt debitus. Hostië.
in alle. c. in questione. ⁊ Joan. and. ipsum recitat non probando. Eandem tenet

clare Guil. in spe. de compe. iudi. §. pen. ante fi. quē Joā. an. nedū non reprobat immo alleg. cōcor. eiusdē opinionis. pro eo etiā bene facit quod ipse Jo. no. de preben. c. si cui nulla. ij. respōso. in no. vbi innuit q nedum ante presentationem imo post anteq̄ꝫ sit processum ad aliquem ex actibus requisitis ad perpetuationem iurisditionis res in literis forme pauperū cēsetur integra vt expiret obitu concedentis: qd nō posset esse si ante presentationē executor posset facere processus cū illi ad perpetuationē sufficerent. Sed clarissime tenet ꝛ clarissime remittit ibi ad Specu. hanc partē ipse Jo. de offi. deleg. c. qm̄ abbas. supra alleg. super prima glo. Eandē opinionē tenet Archid. de procurato. c. is qui. lib. vj. ꝛ Guilhel. de mon. lau. de elec. c. constitutionē. in cle. Et collec. etiā clare loquens in executione gratiarū qui fuit omniū vltimus ꝛ practicus curie Romane. Dic de rigore iuris hec opinio est tenēda. in alleg. decre. ex conquestione de restitut. spolia. auditis. etiā licet nō habeam dicta sua quod Fede. de senis in executione disputauit istam questionē ꝛ determinauit pro ista parte nō reperiri ꝛ cōtra disputationē sed in consilijs suis cōclusio. xxv. ipsam tenet Joā. de ligna. clare idē in reportatis suis. de offic. delega. c. qm̄. ꝛ plenius in alleg. decre. ex conquestione. de restitu. spolia. vnde videt̄ iudicio meo nō esse tutū a tantoꝝ viroꝝ opinione quā nullus glosator reprobauit recedere: maxime qꝛ in ratione et mente iurisū fulcitur. Nec obstat qd alleg. ad oppositum: videlicet q cum in istis rescriptis etiam in beneficialibus consideretur tempus date ex ipsius tēpore executor suā potestatem cuius exercitium cū nō reperiatur iure ligatū videtur debere concurrere cū eadem. Respondeo ꝛ dico q in rescriptis diuersa tēpora cōsideranda sunt. Si eñ querat̄ de ipsoꝝ rescriptoꝝ efficacia quo ad hoc q possint vel nō impugnari propter aliqd tacitū vel expressum: fateor q attendit̄ tp̄s date: ꝛ pro hac parte allegatū est. Sed si querat̄ de ducēdo potestatem datam p literas in exercitiū ꝛ de ipsi⁹ ptātis ppetuatione quo ad ipsi⁹ iudicis personā: attendit̄ tp̄s receptionis literarū p iura allega. pro hac parte. Et ita notat de plano Guil. de mon. lau. de rescrip. c. literas. in cle. p hac parte facit qꝛ dant̄ tres iudices cū clausula q si nō oēs ꝛc. si alter sit impedit⁹ pcedere ꝛ recuset nō propter hoc possunt alij duo reuera cū iurisditionē habentes procedere quousq̄ ad eoꝝ notitiā hoc peruenerit. vt de rescript. sciscitatus. ver. dūmodo. ꝛ de offi. delega. c. prudentiā. circa prin. ibi in hoc autē casu. licet Joan. and. aliter distinguat videlicet inter impedimentū perpetuū vel tēporale ineuitabile in quo nō est opus exceptione: ꝛ tūc sufficit ex illa: qꝛ tūc probatione non est opus ꝛ impedimentū temporale euitabile puta incommoditate vel voluntate: ꝛ habet locum opi. Inno. per qd tūc talis collega ipso iure nō perdit iurisditionē ꝛ opus esset prorogatione vel exceptionis propositione: q̄ prorogatio in delegatis nō habet locum: vide in regula cū qui. in questione. Sed tamen. Bar. tenet contrarium indistincte. ff. de condi. ꝛ demon. l. multū. in fi. ꝛ. ff. de iudi. l. ij. facit qꝛ talis hersitatio concrenit fundamentꝛ iurisditionis simile. ff. de heredi. insti. heres institutus. in fi. cū multis similibus alle. in. c. cū qui. in questione per Jo. an Secus si aliqualiter subsidiū concerneret. vt. l. ij. ff. de iudi. in fi. nisi esset appositū: quod si bene: videas per teipsum. et vide Bartol. vbi supra.

De probatione doli. Rubrica.

Conclusio. cxj.

SI mulier que dicitur in etate. xvj. annoꝝ recognouisse sensum dicat se per dolum aduersarij ad hoc inductam audienda est licet non dat in articulis in iudicijs per que probandus est ille dolus. Consilia. Saluo omni reuerentia puto q si super dolo aduersarij directe principa-

liter et immediate se fundet: debet omnino deducere aliqua specialia que possunt cadere in mentes testium ex quibus dolus verisimiliter potest presumi. ratio est: quia qualitercunq; quis ciuiliter vel criminaliter agat vel excipiat de crimine vel facto famoso quod alteri impingit: non admittitur cum tali alterius verbo vel discrimine nisi specificet et declaret. ff. de accusatio. l. libellorum: et de iniurijs. l. pretor edixit. in princi. extra de procurato. de electio. c. j. et. c. vt circa. lib. vj. et cle. constitutionē. eo. titu. de testi. c. presentiū. li. vj. et de excep. pia. eo. li. Et est ratio: q2 lz probata exceptio ipso iure nō infamet infamia iuris nota tamē est de facto eius opinio: vt de ordi. cog. cum dilectus. in fi. cū ibi no. et de testi. testimoniū. in fi. Que quidem infamia facti grauis est: q2 repellit quē a dignitatib9. l. ij. C. de digni. li. xij. notat Inno. de elec. per inquisitionē. ideo nō mirum si sub tali discrimine vagari nō liceat.

¶ De probationibus. Rubrica

Conclusio. cxij.

Surrogatus tenetur iustificare ius illi9 ad quod seu in cuius locū surrogatur: et per consequēs probare omnia expressa vel tacita in gratia primi que ipse primus probare tenebatur. Cōsilia. Hic enī proprie locū habet regula: cū quis in ius. de regu. iur. li. vj. Nec ob. q ius autoris nō tenear ita clare probare sicut meū propriū: iuxta ea q no. infra in pluribus cōclusionibus q2 illud habet locū in ius autoris in dubiū nō reuocatur nec super eo principaliter agit et dubitat sicut in pposito lis principaliter hic vertit sup iure actoris. sa. no. Inno. in. c. j. de conces. prebē. li. vj. Itē q2 in lite et litis onere iste est surrogatus et hoc regulariter verū. Qnq; tñ ad aliqua artaretur auctor si vineret ad q nō deberet artari surrogatus iuxta ea que no. J. in vna conclusione: et maxime super habilibus et promotione ad ordines ac legitimitate ipsi9 actoris: quia facili9 fuisset ipsi autori ista probare q surrogato.

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio. cxiij.

Magistratus in artibus expressus in literis impetrantis probatur bene per literas nationis gallicane. Consilia. Ratio est quia sufficit probatio minus plena.[a] vt probat conclusio proxima sequens.

[a] ¶ probatio min9 plena.
Quot sunt gradus probationum: q sit plena et semiplena et plenissima probatio et quib9 in

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio. cxiiij.

Si impetrans expressit se magistrū vel presbiterū vel aliā talē qualitatē habere: oportet q pbet ista si negant: et non oportet plene qd probat sz sufficit summaria pbatio. Jō sufficit q pbet famā seu habitū et reputationē. de hoc p Jo. an. in. c. exceptionis. de litis cōtesta. et regula infamib9. de reg. iur. lib. vj. Consilia. dic de his vt dixi supra cōclusione. lxxvj.

¶ De rescrip. Et de preben. Rubrica.

Conclusio. xcv.

Falsa expressio litis pendentie vel appellationis interposite facta in gratia sup surrogatione obtēta in iure z lite lz impediat surrogationē in lite: non impedit surrogationem in iure. Consilia. Itē q falsa expressio seu que nō induxit ad citius cōcedendū nō vitiat gratiā. no. Inno. in. c. in nostris vide supra cōclusione. iiij. Ista conclusio habet duas partes. Prima pars hui9 cōclusionis nō habet dubiū. qz in eo qd nō est quis surrogari nō pōt. de iurepatro. c. q antē. de eccle. edifi. c. ad audiētiā. Sed vt hic fiat dubiū pone q lis erat facta: fuit mētio de lite z statu litis falsa: vt qz nō ita se habebat stat9 litis vt narratū est: vel nō est bñ ex toto expressus statu litis: nūquid erit per hoc gratia surreptitia quo ad litē? puto q nō per motiua que circa partē hui9 questionis statim subdā. Scda pars huius cōclusionis prima facievidet dubia propter falsam expressionē quevidet mouisse ad concedendū: qz forma litere habere solet q papa procedit ad surrogationē faciēdā ne lis careat legitimo defensore: ergo occasione litis videtur facere gratiā. Sed nihilominus sto cū conclusione: qz nō oia falsa expressa reddūt gratiā surreptitiā: sed ea sola de quibus est verisimile q eis nō expressis papa nō fuisset ita facilis ad cōcedendū: vt deduxi supra. iiij. cōclusione. Modo ita est q ista falsitas non est talis q de ea sit verisimile q eius expressio mouerit papā ad concedendū: seu q ea non expressa non fuisset ita cito concessurus: imo videtur de iure totū contrariū: videlicet q debuisset mouere potius ad denegandum qz de iure beneficiū quodvacat lite pendente donec lis pendet nec est conferendū nec in ea surrogatio facienda. extra vt lite penden. c. j. et. ij. lib. vj. etiā per papam nisi vellet vti de plenitudine potestatis, vt clemen. j. eo. titu. verisimile autem est q princeps velit ius facere bm ius q contra: vt. l. digna vox. C. de legi. ff. de lega. iij. l. ex imperfecto. Nec est verisimile papam velle vti in dubio plenitudine potestatis. no. Innocē. de electio. innotuit. in fine. Sed pone vt supra dixi q facta fuit mentio de lite minus plena: vel non ex toto vera: quo ad statum cause: certe adhuc puto q nec quo ad surrogationem in lite nec in iure est surreptio. Nam quandocunq variatio qualitatum seu specierum sub genere contentarum nullum effectum inducit; nil ad rumbum: de eorum expressione no. glo. de excep. pia. super ver. speciem. lib. vj. z do. Bar. de accusa. l. liberorum, in dicto eius bene notabili. Modo ita est q in quocunq statu sit causa ita cito papa esset concessurus vel denegaturus: igitur semper est locus deductioni quam fecit in. iiij. conclusione. Nec ob. c. inter monasterium. de re iudi. cum concor. quia loquitur vbi agitur de causa de vno iudice in aliū trāsferenda. Et est tūc rō: qz bm q iudex plus vel aliter pcessit in causa: scdm hoc presumitur ipse esse melius de causa informatus: et secundum hoc q presumitur melius informatus secundū hoc presumitur q papa minus vellit causam ab eo auferre: vt. ff. de excu. mino. l. penul. in prin. §. si post actam causam. ratio: quia papa propter delegationes intendit nō psonis delegatoꝝ sz psonis litigātiū pvidere. extra de offi. dele. c. cōi. Nec ob. qd dictū est. videlicet q sit forma lrāꝝ: vt cā nō ducat: et sit dare mediū inter pbare z nō pbare: z q̄ sint scripture q̄ pbant: vide plene p Barto. i. l. admonendi. ff. de iureiuran.

careat legitimo defensore ꝛc. Dico enim ꝙ cū papa prouidet de beneficio litigioso seu surrogat ipē in eo: duas gratias facit. Una est ꝙ contra ius cōmune. c. alle. extra vt lite pen. lib. vj. et in cle. j. eo. titu. ipse dispensat. Alia est quia ipse prouidet vnde licet dicta clausula vt causa ꝛc. apponatur in prin. literarū: nō debet ad secū dā gratiā sed ad primā referri: ratio est quare nō ad secundā: qꝛ si ad eā referretur mala esset causa per iura allegā. extra vt lite pen den. c. j. ꝛ. ij. lib. vj. in clemē. eo. titu. c. j. sed ꝙ referatur ad primam gratiā bene est: qꝛ per hoc qđ datur specialis defensor cause pre sumitur ꝙ lis meliori marte incedat. argu. c. fi. de electio. lib. vj. et l. fi. C. si per vim vel alio modo. Alibi fit mentio de pluribus gra tijs similibus quare vna concessa nō videtur alia concessa nisi sit expressum. de prebē. non potest. lib. vj. Nec inefficacia vnius aliā vitiat. de rescript. si eo tempore. lib. vj. quia hoc casu. videtur abū dans cautela inutilis. C. de testamē. l. testamenta omnia. Et hoc verum cum inutilis est absq; vitio surreptionis solum ex defectu materie. Si enim esset vitiosa despensatio ratione surreptionis: vt puta quia fuissent aliqua expressa falsa tangentia statum cau se ad monendū papam ad concedendū et que monere de iure ve risimiliter potuissent: tunc prouisiuā gratiā etiā vitiaret qꝛ subla ta via per quā solā potest ad terminū veniri: terminus ex toto vi detur esse sublatus: vt. c. dudū. versi. insuper. cū similibus.

¶ De proba. De prebē. Rubrica.

Conclusio. cxvj.

Subrogā tio dicit esse facta.
Nota ꝙ sub rogatio q̄ fit a iure in lo co alteri⁹ rei q̄ res haberi nō pōt: sapit naturā eius in cui⁹ locū subrogatur. Sicut ergo nō vꝫ aliena tio rei liti giose: ita nec vꝫ alienatio rei equiualē tis q̄ in locū ei⁹ subrogat̄ vt in. c. eccle sia. ij. vt lite pendente.

Si petens confirmationē vel surrogationē i ius aduersarij dicat se fuisse be neficiū canonice assecutū: sufficit probare ꝙ autori tate ordinaria fuerit illud assecutus: lꝫ assecutio nō valuerit obstāte ipetratione aduersarij in cuius lo cū surrogatio dꝛ esse facta. a Cōsilia. Ista conclusio hꝫ duas partes. Prima de cōfirmatione: Scđa de surrogatione. ꝛ ad scđam referꝫ clausula obstāte impetratione aduersarij ꝛc. post ea in fi. Uenio ad primā partē de cōfirmatiōe: ꝛ dico veritatē obti nere dū modo totū hoc ꝓpter qđ assecutio hmōi cōfirmatiōe ege bat alias sit bene expressum. alias sec⁹: qꝛ papa nō videꝛ velle tol lere qđ ignorat. extra de consti. c. j. li. vj. cū cōcor. Et ideo cōfirma tio nō validat nullitatē nisi ex sciētia certa: de fi. instru. inter dile ctos. §. cū igitur. et qꝛ vna nullitate sublata alia remanet: vt. ar. ff. de seruī. vrb. predio. l. si domus. extra de fil. presbi. c. j. de vsu pa. et tuarū. de priuile. pastoralis. Nec ob. ver. canonice: qꝛ intelligitur illud verbū ciuiliter. subaudi nisi inquantū impugnari posset ex impedimēto expresso vt verba reducanꝫ ad mētē vel cōtrarietatē euitēt. ar. de ver. sig. sup his. in. c. intelligētia. iūcto. c. cū expediat. de elec. li. vj. nisi em̄ timuisset de impedimēto: nō supplicasset pro cōfirmatione. Uel exponiꝫ canonice habito respectu ad canones cōes ꝰm quos collatio facta ꝑ ordinariū est legitima: lꝫ ius spāle reseruationis ipsam impugnet. Nūc venio ad scđam partē cōclu sionis: vꝫ de surrogatione: ꝛ hic repetanꝫ que dicta sunt circa pri mam partem inquantū valent hic conuenienter adaptari. Ratio huius secū. de partis est: qꝛ cum per surrogationem voluerit surg

rogatus nouum ius siue nouum titulū sibi acquirere qđ nō potest fieri si ex primo titulo iam ius habuerat: vt. ff. de ver. obliga. l. vbi autem non apparet. §. si. ⁊ insti. de actio. §. sic itaq; fateri opz quod ad canonizationem ipsius surrogationis nō opz oīno probare veritatem tituli primi et eius iustificationem: quia ista esset contrarietas per proxime dicta. Sed fateor bene qđ debet probare narrata eo modo quo dixi supra conclusione. lxxvj. et sufficit etiā per consequens: φ probet factum carens adminiculo iuris: videlicet precedēs collatio vel impetratio obtenta a superiore: licet de facto et non de iure prout conclusio habet.

¶ De appellationibus. Rubrica. Conclusio. cxvij.

Si appelletur a grauamine extra iudiciū ab epo ad archiepm: nō pōt appellatus vel appellās petere φ primo cognoscat de articulo grauaminis: q2 ille est idē cū articulo principali sz pōt petere vt primo cognoscat de appellatiōe an sit talis que deuoluat obijciēdo appellatū nō fuisse infra. x. dies: vel apostolos [a] debite nō eē petitos: sz si nō obiecit hoc ⁊ appellatio sit alias deuoluēs pcessus fact⁹ sup articulo grauaminis illa cognitione omissa benevalet. vide de appella. romana. §. si vero vocatis. li. vj. ⁊ no. in. c. romana. de fo. compe. in additione. circa pn glo. Cōsilia. Ista pclusio est indubitata in terminis suis videlz cū de epo ad archiepm apellat. Rō primi dicti est q2 vbi nō est diuisio materialis et suppositalis: ibi separatio fieri non pōt vt de se ptz. Et p hoc cōcludit idē fore dicēdū vbi appellat a diffinitiua: q2 ibi etiā est articulus grauaminis diuisionē nō recipit a negotio principali: et pbat identitas rōnis. De scdo est casus in dicto §. si vo vocatis. Tertiū etiā nō hz dubiū Rō est: q2 illa q̄ annullant nec vitiant ipso iure sed ope exceptionis opposite si tacite omissa fuerit nō nocēt: q2 imputet sibi appellat⁹ q̄ potuit excipere ⁊ nō excepit vt. C. sen. rescindi nō posse. l. ij. cū similib⁹. Ideo dixi in suis terminis q2 si esset appellatū ad papā ⁊ fuisset pcessuz etiam omisso articulo grauaminis iudicialis illati ante sniam a qua fuisset appellatū valeret pcessus si ptes nō ptradixissent. vt. c. cordi. de appel. li. vj. immo altera parte volēte fm Inno. ibi: saluo tn̄ iure expensa℞. Et ita seruamus saluis his q̄ notaui circa hoc supra conclusione. xxxvij. per que ista oīno intelligas: suppleas: modificas ⁊ restringas.

[a] Uel aplos. Quid sint apl'i vnde dicantur: et de quadruplici eorū specie ⁊ eorū formis vide Spec. in. iiij. parte i tractatu libel. §. sequit. versi. apostoli. Et nota φ cōmunis sequatur qđ expēsis appellantis sint tradendi.

¶ De fide instrumētorū. Rubrica. Cōclusio. cxviij.

Si instrumentum de datiōe apostolorum et petitione eo℞ habeat bonam datam quo ad pontificatum sed malam de toto vno anno quo ad numerum annorum dñi: nihilominus statur ei. Cōsilia. Sed contra videtur, quia cōtrarietas vitiat totum. ar. ff. de reg. iuris. l. vbi repugnantia. C. de fide instru. l. scripture. ⁊ extra eo. titu. c. imputari. Item ar. not. de simo. si ad sacros. ff. ad. l. corne. de fal. l. eos q̄. Itē q2 sic alte℞ saltē habetur p nō scripto ⁊ cū saltē annus est substantialis. igit. ff. de ver. signi. l. paul⁹. facit. ff. de excu. tuto. l. ij. et alii allegari pos-

sent q̃ repiês p Jo.an.i data.li.vj. Dici pōt q in actu de quo agit q est executiuū appellationis p̄cedētis p̄sumit appellās diligēs in appellādo sicut expectās in acceptādo.not. Pan.de ꝯcessi.pbē. c.j.in cle.Item q: illud est de modicis ⁊ non tam preiudicialib⁹. Itē fa.alle.de errore per Jo. and.in loco prealle. vcꝫ super fin.li. vj.licet cōtra videantur facere no.per Dy.alle.p Joan.and.super dicta data.Et hanc partem videtur tenere Dy.facit q: per hoc q agit de petitiōe aplorū sup certa appellatione presumitur quod post appellationē ⁊c.q: alias petitio fuisset super re inexcogitata quod non est presumendum : videatur ergo qualiter constat de data appellationis.Et per hoc poterit haberi concordia de qua not.Joan.and.super dicta data.

¶De procuratoribus. Rubrica. Conclusio.cxix

Licet pcurator ad agēdū a dño cōstitut⁹ possit oīa q̃ sunt necessitatis quo ad expediendū ea q̃ sunt iurisditiōis cōtentiōse:nō tñ pōt facere gratiosa ⁊ voluntaria.Jō nō pōt se offerre ad volūtarie cōfitēdū: nec etiā facere gratiā q ad vidēdū testes iurare ipē vl dñs eius nō debeat euocari: sicut de vicario:vt de offi.vica.c.fi.li. vj.iūcto.c.ex frequētib⁹.de insti.facit.c.eccle.de sup.negli.pla.li. vj.cū ibi no.p Jo.mo.in fi.gl.sue iūcto.c.de institu.eo.li.et.c.illa ne sede vacā.qd dicit notasse Cy.in.l.ij.C.de iura.calū.circa primā oppositionē nota.in.c.j.vt lite nō contesta.Consilia.Uide de ista conclusione infra.

¶De probationibus. Rubrica. Conclusio.cxx.

Si auditor corā quo est cā vbi videt q articul⁹ est de iure partis ⁊ de bona materia:lꝫ sit nimis gñalis:dꝫ ⁊ pōt dicere pti q se declaret:al's q articulū repellet.Cōsilia.Plus dicit Fa.de ra.vt recitat Cy.C.vt q̃ desunt aduo.sup qd si aliqd sit notū iudici vt priuato:iudex pōt hoc reducere ad memoriā ptis:vt puta pactū de nō petēdo reo factū. Plus dicit ibi Cy.post Pe.q ea q̃ ꝯcernūt aptitudinē vel ieptitudinē cause pōt iudex supplere in facto:vt.C.de pcu.l.exigēdū.mō hoc ꝯcernit ieptitudinē:vcꝫ vaga gñalitas articulorū vr quāq̄ in aliis curiis,fieret de hoc maior difficultas.Ista tñ curia q̃ veritatē exqrit admittit bñ qd iudex suppleat qñqꝫ de facto: maxīe dubia mouendo parti.Et hoc est qd dicit Cy.in dicta.l.vna.C.q̃ desunt aduoca.q: iudex potest supplere de facto q̄rēdo.alle.l.assiduis. ff.de lega.iij.⁊ facit pro hoc q: mouere dubia non est supplere reuera in facto sꝫ in iure.Et hūc modū quasi adinuenit vel magis frequentauit in palatio dñs quōdam bo.me.dñs Neapolitan. dum fuit auditor.quē modū multū sequor: q: per hūc modū veritas multū facil'r aperit:⁊ q̃ seruat hūc modū vix pōt in causis decipi.Itē solem⁹ i palatio supplere vel auisare i facto p̄sertim circa ea p que redderet pcessus nullus:q: interest iudicis qd processus eius nō sit null⁹:⁊ sic pōt intelligi dicta.l.exigēdū.fm vnū intellectū:de quo videbitis.j.in quadam cōclusione ⁊ notorie resultantibus ex actis.Et hoc est quod dicit Cy.in dicta lege vna:qd in a notorio iudex pōt supplere de facto.vt.ff.fini.re.l.si ruptione

a ¶In notorio.Nota q notoriū triplex est.s.iuris:facti:⁊ p̄sumptiōis: de qb⁹ vide i dictionario Albe.de ros. sub ista dictione notorium.

§.inter.z de feri.l.ij.mō gñalitas reddēs articulū repellēdū est vitiū notorie resultās ex actis nn tamen debet dare modum parti articulos reparandi:qz tunc suppleret officium aduocati:quod esse non debet:vt.l.si quis.z.l. pretor.ff. de iurisdi.om.iudi. Caue:qz talia non consueuimus facere in materia crimiminali vel obiectiua:sed solum dū agitur de coadiuuanda veritate circa iu ius partis. Nec debet fieri in casu in quo apertetur per hoc graue preiudiciū parti contra quā: qz iudex non tātum debet velle coadiuuare veritatem vnius partis ꝙ alteri nimis obsit.

De appellationibus. Rubrica. Conclusio.cxxi.

Si iudex successiue pluribꝰ vicibꝰ idē grauamē z oino simile intulerit z prima vice fuerit ab illo appellatum in scriptis z in debita forma:an si post alia vice ab alio grauamine primus appellās de nouo verbo appellat ſm formā cedule prime appellationis quā quo ad istū effectū pducit z petit inseri in actis ac vult haberi pro insertis nihilominus dicit appelatio sine scriptis facta.qz verbo appellauit lz scdm formā cedule. Diuisa tñ fuerūt cōsilia. Ego em cū quibusdā tenui appellationē videri esse factā in scriptis:qz si illā cedulā tenēs dixisset verbo se appellare scdm illā cedulā sufficeret:ergo z hoc casu cum ibidem sit porrigere et porrectam de nouo producere. Illa enim cedula que tunc representauit appellationē a primo grauamine:nūc representat appellationem a secūdo:et nomina significant ad placitum:z considerans est effectus z mens plus ꝙ verba. Nec ob. ꝙ viua voce appellauit: quia debet intelligi quod viua voce dixit se appellare scdm illā cedulā:sed hoc non obstañ. maior pas noluit exaudire. Consilia. Puto ꝙ consilia bene processerunt qz appellans talis tenet causam inscribere.vt.c. cordi.de appel.in.vj.qđ nō facit iste:qz pro huiusmodi appellatione scripturam nullā facit. Preterea qz aut talis ſm cedulā appellat:id est qz vult mō verbo appellare modo cōsimili sicut appellauit tūc dū per illā cedulā appellauit: z tunc non in scriptis sed verbo appellat vt de se ptz. Aut ideo appellat ſm istam cedulā qz vult ꝙ illa cedula habeat modo tantum importaret suā appellationē quā verbo fecit z non ante post:z hoc certe esset cōtra mentē.c.cordi: qz scriptura non requirit pro momento sed pro deliberatione iudicē instruendo z partē. Aut vt pro modo z post pro semper importet et significet suā appellationē: et tūc aut vult per hoc ꝙ desinat significare z importat primā appellationē:z hoc certe non est verisimile. Aut vult ꝙ simul significet ambas appellationes:z hoc certe est inipossibile:qz verba restricta ad vnū suppositū solū simul z semel duo supposita importare nō pñt saltē vniuoce z in eadē oratione:vt pbat.c.abbate.§.pe.de re in.li.vj. Modo prima appellatio erat vna singularis loco z tpe et facta singulariter descripta:nec pōt dici suppositaliter seu materialiter eadē appellatio nūc que tunc: nec eadē pars nec idē grauamē.lz enim nunc verbo possit dicere z formare facere ꝙ scriptura apta ex sui dispositione vnicam appellationem importare z importās in actis vnam iam factam eodem significato manente aliam licet omnino similem appellationem importet:qz hoc esset in vnico supposito materiali ponere pluralitatem:quod est impossibile.

De probationibus. Rubrica. Consilio.cxxij.

Si impetrans Urbanus reuocatus per Grego. possessor dicat se admissum per ordinarium nedū vt apostolicus sed etiam vt ordinarius z Gregorianus impetrans dicet quod immo vt apostolicus et non aliter:materia Gregoriani licet sit bona:tamen minus generalis est:ideo repellenda est. Fui tamen in contrarium per.c.tertio.de probationi. secundum [illegible] c qđ testes super materia dicta non possunt deponere redden.cām vt in.d.c. Nec ob.qđ

si non fuerit tūc receptus vt ordinarius potest esse quod aliquo tempore ⁊c. quia negatio precedens totū tēpus etiā sequēs negat: vt. ff. de re. dubi. l. si is qui ecclesia. §. vtrū. Sed super hoc fuit respōsum per do. Pe. de sarce. ꝙ qꝛ materia negatiue predicte de natura sua nō valet nisi coartata vt articulus admittaꝛ: oportet ꝙ detur articulus coartatus: ⁊ ita non sufficit generalitas antedicta. Consilia. Facere videꝛ pro ista respōsione ꝙ articulus est obiectiuus ⁊ requirit specificationē de elec. vt. c. circa. ⁊. c. constitutionē. ⁊ de testi. presentiū. ⁊ de excep. pia. lib. vj. Sed nihilominus supposito facto credo me bene dixisse: qꝛ ita erat in facto ꝙ eodē tēpore pretēdebat dictus Urbaninus se fuisse vtraqꝫ autoritate receptū: ⁊ hoc nitebaꝛ per vnum instrumentū probare in quo prima facie caueri videbatur eodē tempore vtrūqꝫ factum: videlicet receptionē apostolicā simpliciter ⁊ pure: ⁊ receptionem ordinariā factam fuisse sub hac conditione si prima receptio non valeret: et certe satis tunc esset coartata huiusmodi negatiua per not. Joan. and. de elec. bone. in nouella: qꝛ si presens fuit tūc in capitulo debuit vidisse ⁊ audiuisse que tunc ibi fiebant. Sed dic mihi an receptio conferens titulum potuit fieri sub conditione predicta? Et videꝛ ꝙ non. per. c. ij. de elec. lib. vj. cū ibi not. Diciꝛ enim ꝙ electio incerta non valet nec alternatiua nec conditionalis: ⁊ glo. ibi no. ꝙ idē in collatione et in conditione etiam tacite subintellecta nisi exprimatur. Breuiter puto cōtrariū: quia conditio tacite subintelligebatur ⁊ eo modo quo fuit expressa: qꝛ ius in re ex pluribus causis non queritur sicut possessio. ff. de acquiren. possessio. l. ij. §. ex pluribus. ff. de verbo. obli. versi. autem. §. fi. insti. de actio. §. sic itaqꝫ. Et de fide instru. inter dilectos. §. ceterū. in fi. Igitur non vitiat per no. per me supra satis clare conclusione. xvj. ⁊ qualiter respondeatur ad no. in dicto. c. ij. dic omnino vt dixi supra conclusi. lxxvj. et tene menti.

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio. cxxiij.

TEnuit Pe. de sarce. cū magna parte dominorū ꝙ processus iudicis remissionis deputate ad partes ꝑ eo ꝙ presentata fuit per vnā de partibus principalibꝫ ⁊ ꝙ altera pars nō fuit citata ad videndū aperiri et ad cognoscēdū sigillū ⁊c. non est nullus: alijs tñ cōtrariū asserentibus. Cōsilia. Uera est opinio do. Pe. qꝛ iura dicētia sentētiā latā nō vocata parte nullā esse loquūtur in diffinitiuis: secꝫ in interlocutorijs ⁊ alijs ꝑcessibꝫ: no. Inn. de procura. auditis. In his enim reperiꝛ ius irritās: igiꝛ valet cū sit factū. circa qd vide oino quod scripsi super cōclusione. xcij. Hic sunt tria dubia in effectu. Primū: qꝛ cōmissio ⁊ remissio fuerūt presentate per partē principalē nō per nūtiū iuratū: sed hoc nō reddit factū nullū. Rō est in prōptu: qꝛ aut cōsideramus literas apostolicas directas iudicibus: ⁊ in illis nō est dubiū: qꝛ etiā ꝓducte per partē fidem faciant cū sint aperte ⁊ bullā habeant sicut etiā quelibet publica instrumēta ꝓducta per partē. aut pōderamus rotulū articulorū ⁊ interrogatoriorum missum sub sigillo auditoris inclusum: ⁊ adhuc lꝫ iudex remissionis potuisset exigere probationem sigilli ⁊ alias in negotio supersedisse: tamen qꝛ fidem adhibuit et processit ⁊ processum suū cum dicto rotulo ⁊ literis apostolicis remisit non est super hoc vlterius disputandum. ratio est: ex actis originalibus auditoribus habitis in curia inter partes: apparere potest manifeste si illi articuli et illa interrogatoria iudicibus presentata fuit illa que fuerat destinata ad partes. Si vero interlocutoria non fuerint reportata: adhuc illud non vitiat ipso iure. vt. c. per tuas. de te sti. cum ibi no. Secundum dubium facit qꝛ pars nō fuit citata ad vidēdū aperiri sed illud est solutū per dictā cōclusionē. xcij. Tertium dubium quia sigillum non fuit recognitum: sed solutū est per ea que dicta sunt circa dubium primum.

¶ De sententia excōmunica. Rubrica.
Conclusio. cxxiiij.

SI prelatus contra quē litere ad beneficium sunt impetrate executorib⁹ precedētibus dicat se velle parere ⁊ post ex causis ꝓbabilibus dicat se parere nolle ⁊ appellet: ⁊ ideo excōicetur: nō censet̄ excōicatus pro manifesta offensa[a]. Cōsilia. Nec mirū est q̄r volūtas hmōi etiā non est de natura sui obligatoria imo est ambulatoria: vt. ff. de iurisdi. om. iu. l. si cōuenerit. nec dat iurisditionē al's nō habēti: vt. l. priuatoꝝ. C. de iudi. nec pōt validare literas alias nullas. c. auditis. de elec. nec eas ampliare seu impugnare cū nō ab ipso sed a papa emanēt ⁊ dependeāt solum ⁊ dūtaxat. Prima q̄r possibile est ꝙ ignoraret tunc hmōi causas ⁊ nūc eas sciat: igitur cū causarū probabilitas quam nūc prosequit̄ reddit rē dubiā: ꝑpter talē volūtatē ꝓcedētē nudā ⁊ crudā nō potest reddi res hmōi ita certa. fa. c. venerabilib⁹. §. secus. de sen. excōmu. lib. vj. Preterea potuit esse qđ voluit tūc ⁊ male ex ignorantia iuris vel facti vel male ex inordinata sua volūtate ⁊ in preiudiciū sui ⁊ ꝙ nūc nō velit: ⁊ bene faciūt lecta ⁊ no. C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. §. sani.

¶ Excōicat⁹ pro manifesta offensa. Nota ꝙ i ecclesia nulla ē maior pena ꝙ̄ excōicatio xxiij. q. j. corripiant. iō iudex debet incipere a suspēsione seu iterdicto ꝑsone: ⁊ demū venire ad excōicationē: qđ est cōtra prelatos nostri tpis: qui imediate ꝑ qualibet causa fulmināt sentētiā excōicatiōis: et freq̄nter ecclesia ducit̄ i contēptum. Nota abba. i. c. clericos. de coha. cle. ⁊ mulie.

¶ De probationibus. Rubrica.
Conclusio. cxxv.

SI appellatus vel appellans in cōmissionis impetratione per eū facta ⁊ producta narrat sententiā esse latam: talis narratio fidē facit. Consilia. Facit not. Joan. an. de iureiurā. cū impositionib⁹. in nouel. li. vj. vbi deducit qualiter narrata in iudicio probāt etiā in alio iudicio. Sed cōtra: q̄r verba narratiua nō prolata ꝑpter se sed propter aliud confessionē non inducūt. C. de testa. mili. l. ex his verbis. ⁊. ff. fami. her. l. qui familie. Solutio. Dico ꝙ si illud tale prolatū propter aliud nihilominus est tale quid de quo pro nunc etiā principaliter agitur vel ꝙ inter partes in dubium reuocat̄: tunc certe bene verba super hoc narratiue prolata facerent confessionē ⁊ probationē: quia tūc nō censentur proferri incidēter sed principaliter: ⁊ ita propter se vt si respondēdo interrogationi partis aduerse volentis cōtra me agere cōmuni diuidūdo narratiue ipsum esse heredē pro parte cum de hoc dubitaretur vel ageretur: forte in modū cause: vt. ff. de donatio. l. quidam. ⁊. ff. de interroga. actio. l. de etate. §. q̄ interrogat⁹. et ita intelligo not. Joan. and. posita in dicto. c. cum impositionibus. alleg. Idem credo si ad aliquid consequendū ⁊ principē monendum ⁊c. Ita procedunt not. Joan. and. posita in dicto. c. cum impositionibus. allega. Idem dispositiue in articulis vt admittatur ad id probandū hoc dicat pars: quia his casibus non censentur verba simpliciter narratiua sed dispositiua. Item quia q̄ vult consequens ⁊c. l. illud. ff. de acquiren. heredita. Et ista colligere potes ex dictis Cy. in. l. j. C. de fal. cau. adiec. aliter ꝟba narratiua nō probant: vt. l. ex his. ⁊. l. qui familie. alleg.

¶ De rescriptis. Rubrica.
Conclusio. cxxvj.

In executore deputato ad cõfirmationẽ electionis habet locum.c. statutũ.de rescrip. lib.vj.vez si impetrans impetrat specialiter ꝯtra certũ ⁊ sunt ambo eiusdẽ diocesis et impetrãt in tertia:totus ꝓcessus erit nullus.Sed si impetret ꝯtra illos quoꝝ interest gñaliter nullo certo cõpetitore expsso:tũc secus ꝓm aliquos.Tenui cõtrariũ:q: tacitum nõ valet plus ꝙ expressum a .l.qui ad certã.ff.loca. Si tñ impetret eps diocesis alteri⁹:papa videt̃ tũc ex certa sciẽtia.nõ ob.c. statutũ.velle ꝙ valeat ꝓcessus habitus extra cõem diocesim ⁊c.q: narrata ⁊c.dixi in.c.j.de cõsti.lib.vj.in repetitione. ⁊ in hoc fuim⁹ cõcordes.Consilia.Ista cõclusio habet tres partes.Prima est clara coniungẽdo.c.si.de elec.lib.vj.cum.c.statutũ.alleg. Sc͞a pars habet dubiũ: quia necessario requirit distinctionẽ. Nam aut loquimur de parte illa illius.c.q̃ loquit̃ de qualitate ꝑsonaꝝ q̃ ꝑñta sede ap̃lica vel ei⁹ legato tũc deputari:⁊ ponit̃ in.§.j.Aut loqmur in parte tertia q̃ dicit vbi deputati iudices possint ꝓcedere: ⁊ ponitur in.§.nullo quoq₃. Aut querim⁹ de scd̃a parte que statuit ad que loca seu cũ qua distãtia valeãt iudices hm̃oi deputari:que ponitur in.§.cũ vero.⁊.§.cũ antẽ.Aut loquimur in alijs partib⁹ que ponitur in.§.insuper.⁊.§.sequentibus.vsq₃ ad fi. Si loquimur de prima:tertia ⁊ alijs partib⁹ dicte decretalis preter secundã credo huic secũde parti huius cõclusionis locũ non fore sed poti⁹ prime q̃ habet dicte decretali locũ nõ fore:q: non subest ratio quo ad illa quare recedi deberet quo ad eam a dicta decre.cum conuenienter in eis valeat obseruari:⁊ nõ reperitur contrariũ esse a dicta decre. exceptũ.Sed in secũda parte decre.satis est dubiũ.Sed hic subdistinguo:quia aut loquimur de huiusmodi interesse pretẽdere valentibus seu pretendẽtibus qui sunt in ecclesia de cuius cõfirmatione agitur ⁊ qui potuerũt verisimiliter prouideri: ⁊ tũc dicam⁹ illos cõtra formã dictorũ.§.cum vero.⁊ sanximus trahi nõ posse. Nam ponendũ est huiusmodi edictũ in loco in quo verisimile est tales esse:vt not. Accur.ff.ex qui.cau.in possel.ea.l.hec aũt.§.j.vbi sunt clerici ⁊ subditi ac prelatus illi⁹ ecclesie: quia illi sunt quos tangere põt ⁊ qui possint verisimiliter pretẽdere interesse: vt not. de elec.lib.vj.quocirca in glos.quorũ interest vt canonici ⁊c. fa.in ratione.c.scriptũ.⁊.c.post ꝗ.de elect.Aut loquimur de alijs qui valent pretendere interesse qui non possunt verisimiliter preuideri: et tunc propter impossibilitatẽ oportet fateri ꝙ in eis non seruetur forma.Idem si hi qui verisimiliter preuideri possunt nõ sunt in eadem ciuitate nec in eadem diocesi nec prope ad duas dietas: sufficit em̃ tunc ꝙ in ecclesia fiat vt sunt illi quorũ principali⁹ presumitur interesse quia in dubio nisi quod magis principale etiã debet ad se trahere id quod est minus principale.ff.de sta.homi.l. queritur.habetur oppositũ ff.de vi ⁊ vi ar.l.et si non sunt.§.preuenimus.de prebẽ.c.si is cui.de cass.de cõsecra.eccle.vel alta.c.vno. lib.vj.⁊.c.qd̃ in dubijs.codẽ titu.in antiquis.cum similibus. Licet ꝓm veritatẽ tales non videant̃ trahi nec vltra formam nõ vltra locum dicto.c.Tertia vero pars nostre conclusionis patet per not.Cy.C.ꝗ contra ius vel vtili.publi.l.fi.post Ja.Pe.⁊ Innocen.

a ¶Expressum. An viciato expsso viciet tacitũ: vide.ff.d̃ vulga. et pupil. substitu. sup rubri. in materia substit. i materia vulgaris.circa finẽ i plurib⁹ partib⁹. Et nota ꝙ taciti ⁊ expssi eadẽ est rõ ⁊ idem effectus nisi diuersitatis ratio appareat. Panor. in.c.cũ ecclesia. de causa pos.⁊ ꝓprie.

a ¶ Iuris patronatꝰ. Scd̄m Goff. Ius patronatꝰ est autoritas siue potestas proueniens ex beneficijs ante cōsecrationē ecclesie collatis. Et prouenit ex fundatione: donatione: et edificatione: vel sola collatione. vt. xxvj. q. vij. filius. Adde ꝙ presentatus ab eo q̇ ius presentandi habet et idoneus nō admissus a prelato: si patronus non variet hꝫ ius in re. ⁊ pōt agere contra institutū a nemine vł a falso patrono ꝑsentatuꝫ. de re iudi. c. cuꝫ Bertoldus. Si aūt verꝰ patronꝰ variat: primus presentatus non hꝫ ius ad agenduꝫ contra secūdū presentatū et institutum: sed pōt agere cōtra prelatuꝫ qui eū presentatum idoneū malitio[se] nō admisit differendo euꝫ instituere/ ⁊ difficultates ingerēdo vt prouideat ei in beneficio competenti. iuxta. ca. pastoralis. eo. tit.

c. j. de rescrip. glo. c. j. de constitu. facit. ff. de actio. emp. l. j. in fine. et. l. emptorem. ij. responso de edili. edicto. l. j. §. sed si queratur. ff. de excu. tu. l. vulpianus. §. si. ⁊ est hoc no. menti tenendum immo tota conclusio saltem partes. iij. vel. ij.

¶ De re iudicata. Rubrica.

Conclusio. cxxvij.

SEntentia lata in causa talis confirmationis vel informatiōis electiōis est nulla ipso iure nisi pars ad eam audiēdā sit vocata: q2 talis sentētia est diffinitiua. Consilia. Ut. ff. q̄ sen. si. appel. rescin. l. j. §. Item cū ex edicto. q2 de longo ordine hic curandū non est: vt cle. dispendiosam. de iudi. iuncta cle. sepe. de verb. signi. licet secus de iure antiquo. no. Inno. ⁊ alios doc. in dicto. c. fi.

¶ De iure patronatus. Rubrica.

Conclusio. cxxviij.

SI vnum patronū de possessione iuris patronatus a eiecit ep̄s sine presentatione alteri conferendū. sic ꝙ collatio habet effectū ⁊ postmodū alia vice vni conferat executor deputatus ad collationē ep̄i: alij vero cōferat executor deputatus ad ꝑ̄ntationē patroni eandē ecclesiaꝫ ⁊c. obtinet collatio executoris deputati ab episcopo vel ad collationē ep̄i. Sed dubito: q2 eijciens non pōt dici bonefidei possessor. Quid si nō fuit deputatus executor ad ꝑ̄ntationē patroni: sed ipse patronꝰ ep̄o ꝑ̄ntauit: ep̄s presentatū admisit: instituit ⁊ in possessionē induxit ꝑ nūtiū apostolicū: hoc casu preferri de quo dubito: q2 eo ip̄o ꝙ ep̄s admisit presentationeꝫ suam omnino renuntiare videtur. Sed dices ꝙ non potest in preiudicium impetrantis cui iā ius quesitum extitit ad hoc beneficium: vt cle. constitutionē: de elec. ⁊. c. ab eo. de appel. li. vj. Itē ꝙ si ep̄s nō eijcit patronū sed executor deputatꝰ ad collationē ep̄i illō beneficiū spectās ad ꝑ̄sentationē patroni tanꝗ̄ spectaret ad collationē ep̄i cōtulit: ⁊ collatio hꝫ effectū ⁊ pōt dici quesito possessorio ep̄o ⁊ ꝑ consequens nō pōt dici patronus etiam perdidisse: dubito de his tribus conclusionibus. Consilia. Ista cōclusio habet tres partes. Quo ad primā puto sic posse distingui. An ep̄s q̇ sic cōtulit absq3 presentatione patroni sciuerit an ignorauerit patronū esse in possessione iuris presentādi ⁊ ad eū ius hmōi ꝑtinere: q2 si sciuit mala fide egit ipsum patronū spoliando. Ideo de iure nō valuit sua collatio nec potuit ius cōferendi q̄ri illo modo per no. Inno. de iur. patro. c. cura. Ideo executor datus ad eū grauandum si conferret non ipsum sed patronum grauaret. Ideo non poterit vt. c. cum in illis. in fine. ⁊. c. mandatum. de preben. lib. vj. si ignorasset secus: quia licet vno actu non inducatur consuetudo ſm cōem opinionem: tamen vno actu bene acquirit possessio:

q2 tex.in plurali apprehensiones non requirunt: & fa.ff. de publi. l.cum spõsus §.fi. Sed quis probabit scientiam? dico q allegãs eam.ff.de probatio.l. & regula presumitur. Sed si probetur publica vox & fama per aliã partem presumitur sciẽtia. extra de postu. prelat.c.j.qui ma.ac pos.cum.in tua.xvj.di.quid dicitis. nisi patronus per episcopum allegaret excusationẽ puta episcopũ illuz in locum alterius nouiter successisse quia tunc presumeret ignorãtia faciliter: ar.regule qui in alterius.& l.fi. pro suo.maxime pter ius cõe quod debebat credere sibi competere. per hoc credo secundam partem dicte secunde conclusionis fuisse declaratam distinguendo vt supra: quia dissolutio rationis opposite in simili facto mihi placet. Tertia vero pars non habet dubium per ea que dixi supra centesima septima conclusione.

¶ De appellationibus. Rubrica.
Conclusio.cxxix.

in facientibus renūtiationē nō vocatis patronis q̄ debuerūt in-
quirere ꝛ in hoc casu nō habet equitas.c.licet canō.li.vj.ꝛ cle.vni
ca.de re.permuta.quod habet locū carentibus: ꝛ ibi videtur no-
tasse Joan.an.in glo.in ver.quid si in penul.suppositione. Item
qꝛ illa equitas exorbitans non habet locum nisi in cōcessione iu-
ris vtentibus ꝛ permutantibus scđm formam iuris nō forma iu-
ris ꝙ vocentur patroni ꝛc.Et aliter facere est cōtra iura igitur ꝛc.
Item quia exorbitans inducta in fauorem certarum personarū
debet sic interpretari:qꝛ alijs non noceat nisi quantum minus:
est lex nec cuius.C.de emanci.libe.ꝛ.c. quāuis.de rescriptis.l. vj.
Igitur equitas.c.licet canon.ꝛ cle.alle.sic est interpretanda in fa-
uorem permutare volentium:vt quantum minus potest preiudi
cet patronis de quorum preiudicio principaliter non est cogita-
a tum vt videlicet presentent:[a] vel presentatione voluntaria vide-
licet quem voluerint: et sit in potestate eorum impetrare:vel sal-
tem necessaria vt satisfaciat iuri eorum in presentatione permu-
tari. Aliqua enim sic fiunt quandoq3 solum. vt satisfaciant iuri.
de renuntiatio.c.si de cau.poss.cum ecclesia. Sed hic vltra vertit
interesse patroni qui poterit formam contra permutationem op
ponere pro suo interesse. Tunc autem dico locum esse necessarie
presentationi:cum videlicet patronus vocatus fuit:et in renun-
tiatione consensit vel cum permutatio fit propter vtilitatem ec-
clesie euidentem ꝛ vocatus patronus non habet iustam causam
quam posset opponere contra ipsum.ar.de ijs que fi.a maio. par.
ca.c.ij:vbi autem non esset vocatus patronus nec renuntiationi
consensisset vel vocatus cum iusta causa reclamaret:tunc dicereꝫ
locum esse presentationi voluntarie . Ratio primi membri quo
ad primam partem per no.in clemen.ista alle.in glo.pen.in fine.
Ratio quo ad secundam:quia contra vtilitatem ecclesiarum nō
debet aliquis contra episcopum ad quem principaliter pertinet
sine causa exaudiri per .c.j.alleg.cum similibus.Ratio secūdi mē
bri quo ad primam partem:quia equitas.c.licet.et cle.alleg. locū
haberet seclusa culpa ex parte permutantium per no.in supposi-
tione proxime alle.Item et solum in permutationibus secundū
iura vt dicto.c.licet.ꝛ in concessione iure vtentibus: vt in clemē.
alle.ꝛ ita optime facit glo.j.dicte cle.Quo ad scđam partem.Non
est clara:quia frustra vocaretur alias per.c.ratione.in.c.j.de his q̄
fiunt a maio. parte ca.alleg . Preterea maius preiudicium esset
patronis permutationem valere licet irritanda foret q̄3 esset si ir-
rita esset ipso iure:qꝛ posito casu impedirentur presentare illa nō
cassata per no.de elec.cōsideramus. Secundo casu non:ꝛ tamen

a ¶Presen-
tēt. Nota ꝙ
sentatio pti
net ad patro
nos. Et de
duobus pre
sentatis q̄s
sit potior:no
ta extra đ iu
re patro. cuꝫ
anteꝫ. Et de
tali presenta
tione nota ꝑ
Gof.ꝛ Host.
in sum.ꝛ spe
cu.eo. tit. de
iurepatro.

per rationem tactā de minori preiudicio interpretan dū est. Itē consensus requirendus scdm omnnes eandē vim habere debet sicut haberet ius presentādi ꝛ loco illius succedat: et maxime qꝛ c.questitū.de re.permut.nullo modo de illius patroni presentantis p̄iudicio cogitauit ꝛc.faciūt iura dicētia qꝛ res surrogata ꝛc. licet fateor:qꝛ alias sit regulare videlicet ꝙ cū expeditio alicuius actus spectat ad aliquē cū consensu vel consilio alterius:expeditio facta sine huiusmodi cōsilio vel consensu bene valet ipso iure de ele.ꝙ sicut.de prebē.cum in ecclesijs. de his que fi.a prela.cum vos.de arbi.cum olim.xij.q.ij. si qua. de re.eccle. non alie. ca.j.in fi.lib.vj.et in re.non firmatur. eo.lib. Saluis not.iuris regu. rati.ꝛ regu.ratum.ꝛ regu.is qui tacet.lib.vj.in questione vꝫ disputata de hoc per Alex.post Fede.ꝛ Lap.in.c.licet.

¶De procura.De indi. Rubrica.

Conclusio.clxxxij.

An valet processus habitus cum procuratore minorum.xxv.annis nō obstante ꝙ de hoc fuerit propositum ꝛ iudicatum pro processu errore expressato cui tamen sententie acquieuerunt ambe partes? Diuisa fuerunt. Consilia.Qꝛ quatuor tenuerunt pro processu: videlicet domini Simon.de regio.Robertus de straton. Galhardus de noua ecclesia:ꝛ ego Ceteri quinqꝫ contra: vꝫ.P.de sar. Tho. de amanticis Guil.gal.Jo.de vayrolis.Arnoldus terreni:ꝛ.P.de narra. Ratio principalis per tex.c.qui generaliter.in fi.qui loquitur perverbū deputari nequibit:ꝛ per no.in.l.exigēdum.C.eo. videlicet de procura. Item ꝙ persona minoris est ipso iure minus legitima immo inhabilis standi in iudicio.C. qui legit. personam standi in iudi.habeant.quasi per totum.C.de procura.non eo minus. Salno.c.si annum.de iudi.lib.vj. alle.fuerunt not. in cle. religiosus. de procura.in cle.ꝛ no.Joā.an.in nouel.de procu.in nostra.super glo.quando dicatur in secunda suppositione. allegabatur etiam quia sententia super hoc lata non potuit de non procuratore facere procuratorem not. Innoc.in.c.super literis de procura. Nec etiam consensus partis nec iudicis cum inhabili dispensare cōtra.l.superioris: itē quia error sententie male tollit presumptum contrarium partis alleg.glo.c.si annum. In contrarium mouebar ex no.Host.ꝛ Jaco.de are.ꝛ Joā.and.de procu.nō inste.supra eo.li.vj. qui generaliter.in nouella vbi Jo.an.hoc tenet expresse. Item mouebar ex tactis per me super folio.iiij.colla.ij.Dicebam enim ꝙ minor curatorem non habens per se nō est habilis ipso iure:licet in hoc habeat personam non legitimam:qꝛ repelli potest ne in preiudicium partis cōdemnatus restitui posset[a] sed in hoc non fuit exauditus:ꝛ forsan bene per.l.clare.C.de autori.prestan.ꝛ ibi not.per.l.fi.C.de legi.tuto.ꝛ per no. in.l. non eo minꝰ. in prin.et ad no.Inno.in.c.preterea.de eta.et qualita.ꝛ.l. si curatorem.C.de in integ.resti.minor. A contrario responsum fuit ꝙ loquitur in extraiudicialibus.Sed in veritate hoc saltē mihi negari non pōt quin videlicet saltim pro se ꝛ sui fauore valeat processus habitus cum eo.l.non eo minus.ꝛ cōtra se in casibꝰ infra

a ¶Restitui posset. Nota quod minor postqꝫ impleuit.xxv.annum potest petere restitutionem in integruꝫ nō solū in [illegible]one q̄ demit d̄ patrimonio: sed etiā in lesiōe lucri cessantis d̄ his tamen soluꝫ in quibus lesus est infra xxv. annuꝫ. vide glos.in c.ij. de resti. in integ. in ver. restituimus.

no. ex quo concludit quod nō est iure ipso omnino inhabilis: anteq̄ eīm emanarēt iura inhabilia habilis erat ut de se patet. Jura eīm q̄ reddūt processum nullū habitū cū minore ⁊c. sunt iura specialia solū inducta in fauorē contra ius cōe primeuū. ut. l. nō eo minus. ergo ab eis faciliter receditur. ff. de testa. mili. l. eius mili tis. in aut. de re. ecclesi. nō aliter §. qz vero verisimile. ⁊ ff. de pac. si vnus §. pact⁹. ver. qđ in specie dat. Itē nec debēt talia extēdi ad alios ⁊c. ut regula priuilegiū ⁊ regula in argumentū. de re. iuris. li. vj. immo ut verius loquar nō est inhabilitatus per iura licet iura processum cū eo habitū in quantū sibi preiudicat reddant nullū: sicut de prescrip. dicit. C. in q̄. cau. in integ. resti. nō est necess. l. fi. Et hoc subtilius. preterea nec sunt talia extēdēda extra casus expressos: qz videntur a primeuo iure exorbitantia. ar. regule q̄ a iure: nec reperies aliquod ius in cōtrariū: qz tex. dicētes minorē nō esse personā legitimā loquunt solū ubi per se minor in sui preiudicio interueniret: ⁊ ita videt expresse notare glo. vez q̄ non pro se tñ pro alio pōt minor interuenire in iudicio: qz sibi imputet ⁊c. insti. q̄ pe. ⁊ ex qb⁹ cau. maio. nō pos. §. pen. ff. de minor. l. cū mandato. in fi. nō eīm video quare nō posset minor esse ita procurator sicut aduocatus vel iudex: ⁊ per hoc est responsum ad alleg. in contrariū. Ad tex. eīm. c. q̄ generaliter. in fi. cū dicit deputari nequibit subaudiā vez cū effectu: qz repelli poterit per partē: ⁊ opi. concordentur. Ad not. in cle. Religiosus. ⁊ in. c. in nostra responsum est minorē oino nō esse inhabilē: qz immo certis casibus ⁊c. vez cū de iure persone agit. C. qñ leper. l. fi. ⁊ no. in. l. clare. alle. Itē pro cōiunctis personis. ut ibi not. l. minor. ff. de procura. Tertio in causa beneficiali. c. si annū. alleg. Quarto semper in sui fauorem. ut. l. nō eo minus. quinimmo dicit lex q̄ censet legitimus defensor in casibus quibus nō pōt restitui. ut dicit. l. minor. §. alleg. licet cōtrarium videat notari ibidem quod intelligo parte opponēte ⁊c. cōiunge hoc cū eo quod habes supra. folio. iiij. in fine.

¶ De testibus. Rubrica.

Conclusio. clxxxiij.

Assertioni Cardi. credit in his q̄ agunt corā eo in causis sibi cōmissis. de accus. c. cū dilectus. in gl. hodie aūt Itē q̄ si legatus asserens ep̄m sibi obsequentem de mandato ab ipso viua voce eidē facto recepisse resignationem beneficij ex causa permutationis illud cōferat ⁊ partis aduerse procurator positionez de veritate dicte assertiōis factā cōfessus fuerit: dicte assertioni standū est: licet alias cōfessio partis in beneficialibus nō sufficiat: maxime quo ad effectū adiudicat. no. Joā. and. de eo qui cogno. consangui. vxo. sue.

¶ De procuratoribus. Rubrica. Conclusio. clxxxiiij.

Processus habitus in prima ⁊ in secunda instantia cum Albiso de medicis ut cum procurator constitutus tñ sub nomine Bartholomei valet: maxime si non est alius habens tale nomen: ⁊ presertim si fuerit hoc per constituentem in tertia instantia declaratum.

¶ De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio. clxxxv.

Licet cū agit cōtra vniuersitatē ciuiliter noīa constituentium vniuersitatē nō sunt exprimēda. no. Inno. de ordi. cogni. cū dilectus. tñ cum agetur contra consules vel alios vniuersitatē constituētes maxime propter crimen exprimenda sunt nomina in cōmissione citationis ac libelli: ita q̄ aliter citatio facta per edictū ne personaliter cōparendo nō artat per no. in dicta gl. qz successor

nō tenet de delicto predecessoris. hoc casu no. Inno. de immunitate ecclesia. aduersus rc.

¶De his qui vi. Rubrica.

¶De libelli oblatione. Rubrica.

Conclusio. clxxxvi.

Ubi quis agit ad res oblatas per vim vel metū vel per dolū opz q in libello exprimat res quas exprimere potest: et hoc sufficit: super quo vide no. Innocen. qd met. cau. super eo. et in dicto. c. cum dilectus. glo. iij. Item volunt quidam dicere in citatione per edictū vt artet personaliter ad comparendū sub pena excōmu. sed facit in cōtrariū quod not. in dicta. iij. glo. in fine.

¶De lit. cōtesta. De dolo et contumacia. Rubrica.

Conclusio. clxxxvij.

Citatus etiam personaliter non comparens contra quem proceditur per audientiam contradictarū lite non contest. puta in causa appellationis a diffinitiua rc. non est excommunicandus. per not. de electio. c. statuimus. sed dubito de citatione personali rc.

¶De dolo. Rubrica. Conclusio. clxxxviij.

Ut citatus[a] excōmunicetur de citatione facta per edictum: non sufficit probare q in vicinis partibus fuit edictū affixum: sed oportet probare etiam q taliter q ad eius notitiam potuerit verisimiliter peruenire. per not. de eo qui mit. in posses. c. si aduersus.

[a] ¶Ut citatus. Nota q citato debet causa significari p literas vt ad respondendū venire possit paratus. v. q. vij. si p̄mates. Adde q nō debent in[illegible]ari absentes nisi citati venire contempserint v. q. ij. relatū. et. c. de illicita. ea. cau. et. q.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. clxxxix.

Auditor contradictarum qui fuit auditor palatij in causis sibi cōmissis postq̄ fuit auditor cōtradictarum potest pronuntiare etiam in domo vel vbi sibi placet.

¶De expensis. Rubrica.

Conclusio. cxc.

Habens pro se possessionem licet minus canonicam excusatur a cōdemnatione expensarum.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio. cxci.

Si pars que petitionē nō dederat pro qua tamen snia est ferenda post conclusionem impetret cōmissionem q recipiatur eius petitio expresso q neutra pars petitionē dedit licet constet alteram partē certam petitionem dedisse super qua pronuntiari non potest: talis cōmissio non est surreptitia.

¶De probationibus. Rubrica.

Conclusio. cxcij.

ARticuli impertineñ. non in ius aduersarij sed solū in probationem iuris nihilominus obiectiui dicuntur. Et ideo dati post terminum non sunt admittendi per nota. Composte. de electio. ꝙ sicut.

¶ De fide instrumentorum. Rubrica.
Conclusio. cxciij.

SI notarius instrumenti cōfecti qui negatur esse notarius nō probetur notarius seu ad eum tanꝗ ad notarium nō possit haberi recursus: instrumentū nō probat.

¶ De iudicijs. Rubrica.
Conclusio. cxciiij.

SI mandatur per auditorem citationē per edictū [a] in tribus locis publicari ꝛ solum fuit publicata in duobus locis sufficit: quia satis est sertata forma iuris.

a ¶ Per edictum. Nota ꝙ citatio dz fieri tribus edictis vel vno peremptorio: qđ cōtinere dz tātū tps ꝗtū tria edicta: nisi necessitas vrgeat de dilat. c. j. vbi de hoc i gl. Adde ꝙ citatio perēptoria hñs competētia interualla seu cōpetentez terminū ꝁm practicā quaz ponit glo. in. c. cōstitutionē. de sen. excō. li. vj. eq̄paratur trib' citationib' xxiiij. q. iij. c. de illicit. l. ꝯtumacia ff. de re iudicata.

¶ De iudi. De testibus. Rubrica:
Conclusio. cxcv.

SI testis a actore citato ad comparendū personaliter coram auditore de mense maij probet de mense augusti sequeñ. fuisse sanum ꝛ testes rei deponant de mense septēbris etiam sequenti illū vidisse in lecto infirmum. nihilominus excōmunicandus est. Hac die veneris decima mēsis nouēbris. Anno Millesimo tricentesimo septuagesimo quarto reintrauit palatiū do. Pe. Jambonis coauditor post exitū dñoꝝ de cōsilijs in causa Arrelateñ. corā me pendente.

¶ De solutionibus. Rubrica.
Conclusio. cxcvj.

VTrum auditor camere apostolice condemnatum in palatio apostolico per auditorem palatij excōicatum q̄ per executorez a sede apostolica super dicte sñie executione deputatum possit admittere ad beneficiū cessionis seu ab illa causa cognita repellere seu cognoscere de hoc an sit ad hmōi beneficiū admittēdus. Dñi. P. de sarcenato. ꝛ Tho. de amanati. ꝙ etiā ad effectū absolutionis a sñia excōmunicationis obtinende: dicebāt ꝙ ab illa sententia non ipse auditor camere sed prefatus executor potest absoluere: vel absolutione danda vel deneganda pronuntiare. Tamen ceteri omnes tenuerunt omnia supradicta sic spectare ad dictum executorem tanꝗ concernentia executionem sibi commissam: qđ nullo modo ad auditorem camere possunt pertinere: inter quos do. P. Jambo. Guil. gal. ꝛ alij. vj. tenebant inter ceteros. P. Jambo. pro eo ꝙ auditor camere est delegatus per not. Joā. an. de Raptis. Auditor in cle. iuncto. c. p. ꝛ. g. de offic. delega. quorum non potest fieri prorogatio hoc casu.

¶ De litis contesta. Rubrica.
Conclusio. cxcvij.

SEcundo in causa eadē idē dixerūt ꝙ in dicta causa cessionis admittēde vel denegāde reqrit lit.con. de necessitate ꝛ terminoꝝ palatiū obseruatio. Rō: qꝛ lꝫ offm̄ iudicis hic imploret: nō tn̄ principalr imo incidēter allegabat. c.ij. de offi.iudi. Dixit. D. P. de narbona.p no. Cy. in aut. posito.§.l.j.C. vt ab here.se ab. Id nō esse verū: qꝛ hic nihil dari vel fieri petit a parte. Sed prout ponit. d. Pet. de sarce. probat contrariū qđ dicit de resti.in integ.c.ij.alleg.maxime qꝛ hic implorat officiū cōtra personā certā p no.in.c.ij.in glo. hoc ideo. Idē tn̄. D. P. de sarce.tenuit alio medio motꝰ nō requiri litis cōtest. hoc casu vt pro eo qꝛ vt dixit causa ista est miserabilis: allegans aut. nisi breues. Et cuꝫ eo duo aliij vel tres fundasi. se in hoc ꝙ hoc non intendit nisi ad finem executionis sententie iam late. per. l. minor. xxv. an. ff. de minori.

¶De procuratoribus. Rubricā.
Conclusio.cxcviij.

VTrum cōtra procuratorium in quo dat potestas cōparendi corā quocunqꝫ iudice ꝛ coram eo legitime de ipso conquerentibus quecūqꝫ debita cōfitendi supposito ꝙ debitū est.iiij. flore. cōfitendi. ac bona sua cōmittendi in solut. dādi et bonis eiꝰ cedēdi: iurādiqꝫ ꝙ dū veniet ad pinguiorē fortunā vlteriꝰ satisfaciet: sit sufficiēs procuratoriū. Due partes ꝛ vltra tenuerūt ꝙ nō quoꝝ qdā mouebant qꝛ gn̄alitas nō sufficit ꝙ ad articulū cessionis vt dicit notasse Cy. quo ad articulū restitutionis petende. per. l. si qs mihi bona.§.iussum.ff. de acqui.hered. Alij qꝛ qn̄ debitū est magnū ꝛ cōfessio seu cessio aliter i vna cā aliter in alia faciēda est: aliter pro modico debito aliter pro magno. Mouebant tenētes pcuracoriū valere per no. in cle. nō pōt. de pcu. ꝛ p no. Inn. in.c. sedes. de rescrip. ꝛ per. l. ad rē. ꝛ. l. ad legatū. de procura. ff. hoc voluit. d. Pe. de sarce. ꝙ valeat pcuratoriū. Idē Guil. gal. ꝛ Pe. iambo. ꝛ. N. de cremona. ꝛ Symon de regio.

¶De re iudicata. Rubrica. Conlusio.cxcix.

PRimo in eadē cā dixerunt due partes ꝛ vltra sniam esse diffinitiuā vt sic licuerit appellare viua voce: qꝛ ordine iudiciario agebat libello dato ꝛc. Cuiꝰ cōtrariū tenuit. d. P. de sarce. ꝛ. d. Tho. de aman. Alij contra rationibus tactis in secunda qone huiꝰ cause tacta.§. dicebant enī ꝙ lꝫ diffiniat ꝛ itavim diffinitiue habeat: nō tn̄ est diffinitiua cū nō principale negotiū sed articulū accessoriū ad illud diffiniat inter primos. Guil. gal. P. iambo. Symon de regio. N. de cremona.

¶De re iudicata. Rubrica.
Conclusio.cc.

SI commissarius deputatus ad exequēdam citationē in partibꝰ dicat citationē executā put in literis continet: nō sufficit: qꝛ in literis continet triplex modus citandi: vcꝫ in psona vel in domo [a] aut in ecclesia. Et ita talis

[a] ¶In domo. citatio i dom[illegible] seu ad domum an sufficiat et quō non plene not. p Inno. extra de eo q mittit i posses. cau. rei ser. c. si aduersarius. ꝛ tangit per eum de postula. prela. c. j.

relatio est incerta et obscura et non valet: quia etiã tollit defensionem partis.

¶De libelli obla. Rubrica.
Conclusio.ccj.

Libellus conceptus contra duos citatos et tertium non citatum coniunctim vel diuisim concludens tamen contra quemlibet insolidum valet contra citatos.

¶De exceptionibus. Rubrica.
Conclusio.ccij.

Contra agentem nomine suo pro iniurijs personalib9 opponi potest exceptio impediens lit.contes.valet qꝫ monachus vel canonicus est regularis non habens administrationem.

¶De preben. De regu. Rubrica.
Conclusio.cciij.

Quilibet prioratus regularis censetur reuocabilis ad nutum: nisi vbi curatus vel conuentualis est. de sta.mona.cum ad monasteriũ.§.prioris. De hoc scripsi de preben.cũ singula.lib.vj.

¶De regularibus. Rubrica.
Conclusio.cciiij.

Gratia facta sub hac forma videlicet qꝫ valeat collatio ac si tres defectus expressi non obstarent: non perpetuat regularem.

¶De preben. Rubrica.
Conclusio.ccv.

Beneficium regulariter electiuũ solo certo casu collatiuũ: nõ collatiuũ sꝫ electiuũ dici debet: vt.ff.de au. et arg.le.et si non.§.perueniamus.et.l.contra.

Conclusio.ccvj.

Item qꝫ gratia supra proxime facta nõ valet tacito qꝫ prioratus hmõi esset collegalis: q̃cꝫ nõ esset electiuus. Itẽ qꝫ beneficiũ regulare esset collegabile vel collatũ licet collatiuum et non redditiuum reddit illud perpetuum. Item qꝫ cura subiecti prioratus reddit principali perpetuum.

¶De appellationibus. Rubrica.
Conclusio.ccvij.

Auditor datus super causa appellatiõis [a] et desertionis si seruatis terminis super articulo appellationis reperiat bene iudicatum et appellatum male: et appellationem esse modo desertam: potest pronuntiare bene processum male et appellatũ: qꝛ de vtroqꝫ sibi cõstat in actis ar.l.de qua re. Secundo quia negligentia nõ prosequentis appellationẽ non dꝫ nocere appellato, ar, regule nõ dꝫ

a Causa appellationis. Nota qꝫ appellatio est a minore ad maiorẽ iudicẽ puocatio ij.q.vj.omis oppressus. et c.seqnti. et c. placuit. Pano[...]rub.ea addit qꝫ si puocatio ẽ legitima pnũtiatũ et iurisditionẽ iudicis quo ad illã causaz suspẽdit et ipi9 cognitionez ad supiorem transfert.

de regu.iu.Et ita tenuerunt olim antiqui auditores.Sed tamen domini Tho. de amanat.&.M.de cremona.&.M.de narbona contra.Ratio:quia predicta locum haberet inиudice cuius iurisditio quo ad hec esset fundata.Modo secus est hic:quia auditor hoc casu non est iudex nisi super articulo appellationis desertionis. modo hic non est appellatio dum est desertio:immo habetur perinde tunc ac si nō esset appellatum. Solum enim sibi videtur commissus articulus appellationis in casu non desertionis: et articulus desertionis in casu in quo potest procedi super articulo appellationis propter existimationē ipsius. Hanc partē tenet Archidia. in.c.romana.§.cum autem.de appellatio.lib.vj. Sed respondetur ꝙ non est verū: quia solum in odium appellantis est hoc ꝙ appellatio deserta habetur pro nō appellatione:non autem in odium appellati vt dixi.Item tenemus.d.p.de sarcena. et ego ꝙ vbi iudex videtur se non esse iudicem : vel sententiam a qua non fuit appellatum transisse in rem iudicatam seu appellationem desertam esse. facit.C. de temp.appel.l.iiij.in fi.et hoc videtur notasse Joan.and.ij.q.vij.alicui.Aut nullam esse.parte etiam nō petente posset super hoc pronuntiare : quia ista concernunt officium suum:videlicet ꝙ eius processus sit nullus.argu.de excep. exceptionem. &.ff.de postula.l.quos prohibet.Sed alij contra. Et contrarium etiam tenuit dominus Marcus de sala.in clemen.si appellationi.de appella.post ar.ibi vide. Ibi concordat maior pars ꝙ non pōt auditor pronūtiare super desertione nisi primo citata parte ad docendū de diligētia &c.sic ꝙ substantialis videtur esse terminus.

Conclusio.ccviij.

Tem procurator non constitutus specialiter ad agendum:sed constitutus ad appellandū:appellare potest a diffinitiua.

¶De fide instru.Rubrica.

Conclusio.ccix.

Edula notarū non habens testes & subscriptionem nō probat substitutionem factam extra actum.Egidius.

¶De offi.audi.camere. Rubrica.

Conclusio.ccx.

In causa do.Sy.Primo ꝙ auditor camere perturbatores sue iurisditionū non potest citare extra curiam: maxime tunc si extra curiam turbarunt Nec ob.de appel.romana.§.contrahētes.lib.vj.Secus tamen in iudice delegato.No.Innocen.de offi. delega.c.j.Ipse enim auditor est camere seu camerarij sed non est generalis auditor pape licet hoc pretendat:ideo de causis beneficialibus prohibitꝰ fuit per papam cognoscere:sed vt habetur in registro officium suum est causas cortisanorum audire.

¶De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio.ccxj.

Valet procuratorium ad excusandum nō habens causas excus.expressas licet videatur contra:quod not.Innoc.in.c. quia propter. de procura.can.ad eligendum & eum excusandum de electio.quia propter.Item ꝙ citatus personaliter ad causam &c.quia vltra hoc casu quo excusationes admittentur habeat potestatem sufficientem procedendi in causa:quia duo videntur sibi mandari.Igitur: arg.l.celsus.ff.de arbi.& quia personaliter non additur nisi vltra ad grauandū &c. super quo vide Inno.in.c.dilectus.&.c.constitutus.de procura.

¶De iure patronatus. Rubrica.

Conclusio.ccxij.

a Collatio. Nota φ collatio dicitur in aliũ iuris trãslatio. vt c.a collatiõe. de appel. Ad quẽ aũt spectet bñficiorũ collatio dic vt notat extra de preben.c.si. tibi absenti.j.responso.et .§. j.lib.vj.

IN causa dñi Tho.φ collatio a facta p executorẽ appellatũ ad collationẽ epi deputatũ de beneficio spectãte ad presentationẽ laici non per hoc acquirit epo vel tollitur patrono noua poss ssio nec perdita seu acquisita probatur.

¶De cau.pos.ꝛ proprie. Rubrica.

Conclusio.ccxiij.

ET hoc in causa vna tertie partis oblationũ:qꝛ articuli vtriusq partis dati post suspensionẽ petitorij de possessione ꝛ proprietate quo ad colorandũ ꝛ discolorandũ possessoriũ sunt admittẽdi et eis respõdendũ:saluo φ dñs vicarieñ. ꝛ alij voluerũt dicere hoc verũ de articulis rectoris fundãtis intentionẽ de iure cõi: qꝛ ibi materia cõsuetudinis solũ defert ad factũ.de articulis secus pro eo φ sunt cõtra ius cõe:ꝛ φ possessoriũ nõ tenet possessor colorare:qꝛ decre.ad decimas loquitur in actore.

¶De cau.posses.ꝛ proprie. Rubrica.

Conclusio.ccxiiij.

ET hoc in causa.d.Guil.gal. φ si narrato p reseruatiuũ cõtra expectatiuã super eodẽ beneficio litigañ.φ nisi obstaret suspensio petitorij cõstaret de nõ iure alterius:cõcessit papa si est ita simul procedi etiã in possessorio ꝛ petitorio.Instrumẽta producta si per ea ante suspensionẽ producta constaret de non iure ꝛc. quo ad illũ effectũ etiam hodie constare dicetur.

¶De prebendis. Rubrica.

Conclusio.ccxv.

SI reseruatio et collatio executoris appellati simul concurrunt prefertur collatio reseruationi per nota. clemen. literas.de rescriptis.

¶De resti.in integ. Rubrica.

Conclusio.ccxvj.

IN causa d.N. φ si papa illum appellantẽ qui permisit labi oia fatalia forte impeditus ꝛc. mandauit per auditorẽ restitui ad prosecutionẽ appellationis si et prout de iure ꝛ impetrata probatio auditor pronuntiet illũ restituendũ nõ decernendo tẽpus ad quod ꝛc.sententia valet:qꝛ si apparet de impedimẽto certi temporis per acta ad illud videtur restitutio facta.C.de senten. que sine cer.quãti.l.iij.qꝛ ad aliud restitui nõ debet post scõm fatale per no. Inn. de appel.ex ratione si nõ apparet videt restitutꝰ ad tps datũ a iure ad pseqnendũ appellationẽ videlicet ad annũ sicut cõdẽnatus ad soluendũ intelligitur condẽnatus ad soluendũ infra tempus datũ a iure.ff.de re iudi.l.iij.ꝑ.iambo. ꝛ ego cõtra:propter formã cõmissꝰ.ad quã videt se retulisse auditor in sentẽtia.Ideo sententiam diximus propter incertitudinẽ non valere nisi certitudo habeatur ex actis.

¶Ut lit.pen.De excep. Rubrica.

Conclusio.ccxvij.

Exceptio[a] falsitatis instrumēti appellationis vel nullitatis appellationis eiusdem contra petitorem reuocationis attemptatorum appellationum: potest non obstante tribus sententijs latis super restitutione ad prosequendam appellationem in virtute cuius petuntur reuocari attemptata: quia de his nō fuit quesitum in causa restitutionis sed solum de negligentia vel impedimentis illius qui prosequi habebat: et quia prosecutio fieri potest etiā de appellatione nulla de iure vel friuola. Tamen do. Pet. de sarce. dicit quod licet sententia diffinitiua ex falsa causa lata non sit nulla. ff. de iudici. l. cum pretor. §. marcellus. C. si ex fal. instru. l. j. et. ij. Secus tamē de interlocutoria. ff. de re. eo. l. magis puto. §. si res. Ista autem videbatur sibi interlocutoria non diffinitiua: igitur &c. Item quia restitutus in casu premisso potest petere reuocationem attemptatorum ante appellationem infra. x. dies: quia sunt opi. quia sine restitutione potest per lecta & not. de rescriptis. c. ex parte. de sen. excom. licet. li. vj. Et quia restitutio debet esse plena. C. de sen. pa. l. fi. ff. de vsu. l. videam⁹. §. infamia. de mino. l. minor. §. restitutio. maxime quo ad effectum ad quem principaliter tendit a quo sequitur immediate illud de quo agitur vt tollit & no. in. c. cōmunis. de rescriptis. lib. vj. Item quod renuntiatio facta in manibus laici nulla est. Item quod iudex appellationis auditor potest pronūtiare super desertione sine speciali commissione: citata tamē pri⁹ parte ad docendum de diligentia.

¶ Exceptio. Nota iuxta panor. in Rubri. de excep. q̄ exceptio est actiōis vel intētionis exclusio. et adde q̄ cōmuniter tenet̄ q̄d exceptio proprie est illa que excludit actionē actoris. de q̄ vide p. Bal. in. l. j. C. qui accu. nō pos.

¶ De rescript. De preben. Rubrica.

Conclusio. ccxviij.

IN causa do. Symonis. q̄d si ille qui obtinuit gratiā de prouisiōe habēda de ecclesia parrochiali Titij constito quod illam idem Titius tenuit annis pluribus nō promotus et qui contra illum Titium litem mouit fuit postea surrogatus asserendo tamen sed falso illi litiganti iam fuisse prouisum lʒ verba surrogationis sint in omni iure & ad omne ius &c. nihilominus impetratio surrogationis est surreptitia: tum quia expressio collationis potuit mouere papam ad concedendū: tum quia non est surrogatus in iure sed ad rem. ar. dicte decre. susceptum. de rescriptis. lib. vj. tamen fuit dictum quod commissio habens de surrogatione iure. in re non est surreptitia per nota. Innocen. de lit. conte. in. c. exceptionis.

¶ De rescrip. De preben. Rubrica.

Conclusio. ccxix.

IMpetratio facta lite pendēte super bñficio beneficij eiusdē valida est: si nullus litigantiū in beneficio ius habebat: p̄ no. Inn. i. c. iij. vt li. pē. in addi.

¶ De renun. De prebendis. Rubrica.

Conclusio. ccxx.

a ¶ Renuntiatio facta. Nota quod renūtiare bñficio quis nō potest sine licentia superioris etiam in preiudicium ipsi⁹ renūtiantis.c.admonet.et c.quod i dubijs de renun.

In causa domini Uiuarieñ.vtrum renūtiatio facta [a] per canonicum preben datum et in dignitate cōstitutum in ecclesia in qua de consuetudine nō potest tenere dignitas vel prebenda aliqua sine canonicatu de ipsa prebenda solum et cū protestatione quod nō intendit renūtiare canonicatui faciat vacare canonicatum:et per consequens dignitatem:vel vtrū protestando saluet ius in vtroque Cōsilia fuerūt diuisa.Sed pars maior tenuit quod protestatio saluet etc.quia distincta iura sunt et distincti tituli canonicatus et titulus prebende. Et potest vnum haberi sine reliquo:de cōsti.cū.M.et c.cum accessissent.de prebē.relatum.de rescriptis.in nostra.alle.no.Inno.de preben.c.maioribus.et gl.c.cum.M.et quod connexio prebende canonicalis nō habet respecrum ad certum canonicatū in specie sed in genere ad prebēdā sicut nec dignitas:supposita cōsuetudine pdicta in ptrariū alle.no.Cōp.in.c.cū.M.et Archi.in.c.si.clericus.de pbē.li.vj.et no.Guil.de mō.lau.de pben.p literas.in clemē.p que in loco vbi essent prebē.et canonicatus distincti.Aliqui maiores tenuerunt cōtra.quia creato in illis canonico supnumerali adueniēteque post pbenda:nō videtur posse dici numeralē canonicatū perimi sed in contrariū diceretur de eadē plenitudine qua creatur sup numeralis adueniēte prebenda q reperit sup numeralem sibi sufficientē numeralis p extra numeralē cōfunditur.Et si diceremus adueniente numerali cū prebēda perimeretur supnumeralis:et casu nostro adueniēte supnumerali ambo simul starent propter plenitudinē potestatis Romani pontificis nouū canonicatum supra numeralē cōferentis:qd fateor alium facere non posse:et ita non procedit quo ad hoc motiuum domini.N.dicentis renuntiationem non posse augere.

¶ De prebendis. Rubrica. Conclusio.ccxxi.

In causa domini Guil. Primo qd in acceptationibus et prouisionib⁹ executorū non hz locum.c.susceptum.Item quod impetrans in forma pauperū asserēs se in alia puincia elegisse ppetuā mansionē ibidē fuerit collat⁹:hoc ipso quod ita assernit hoc nō pbat p.l.domiciliū.ff.ad municipa.

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio.ccxxij.

Item quod si pauper in forma pauperū asserēs se in alia prouincia elegisse ppetuā mansionē ibidē fuerit collocat⁹:hoc ipō quod ita assernit hoc nō pbat.p.l.dominiū ff.ad municipa.reperitur infra sub conclusione.ccxxiij.

De dilationib⁹. Rubrica. Cōclusio.ccxxiij.

b ¶ Post terminū peremptoriū. Terminus perēptori⁹ est quedam interlocutoria Et si simpliciter datur termi nus intelligitur peremptorius.extra de dolo et contu.c.j.li.vj.De tali termino vide plene per Archi.extra de excep.c.j.li.vj.

Post terminū perēptoriū [b] ad docēdū datū de pmotione nō datur alia dilatio sine restitutiōe p.c.corā.de in integrū resti.et c.cū venerabilis.de excep.quod nō videtur facere:sed gl.cle.sepe videatur contra:sed non est quia loquitur in productionibus nō in casu de quo agitur.

De dona. De proba. Rubrica. Conclusio.cc[illegible]iij.

IN causa Guil. gal. q si mulier concubina fuerit inducta per verba blanda z quosdam metus varios ad dandū cōcubinario et dederit flēdo: et hec ꝓbant corā auditore cui mādat q si cōstiterit illā esse cōductā per fraudē ad donādū z donationem nullā esse relaxet iuramentū qd dedit mulier de nō veniēdo contra: sufficit q ꝓbatio preparatoria: ergo minor. ff. ad exhibē. l. iij. §. ibidē. Maxime qz nō est presumptio q libēter donet: qz genus mulierū scdm l. est auarissimum. ff. ad vell. l. si eo. Itē cū qs ꝓcedit simpliciter ad id in quo potest duplici autoritate: vna bñ: alia male: sufficit quocūqz modo. no. Inno. de prescrip. cum ex officij. Itē q libell⁹ cōtrarietatē habēs in aliqua sui parte est reijciendus.

De prebendis. Rubrica Conclusio.ccxxv.

IN causa dñi Pe. de Narbona q inductio in possessionem facta per prouidere habētē nullo errore seductuz inducit ꝓuisionē verā. per. c. ex parte. de spon. vbi verba apposita ad executionē zc. facit cle. cum ei quem. penulti. responso. de cōces. preben. l. vlti. C. de nec. seru. insti. insti. qui da. tute. pos. no. Cōpo. de elec. transmissam. fa. no. Inno. z Host. eo. tit. q sicut de iure pa. postulasti. et Pau. in cle. cum ei quem. hoc verum ſm Uiuarieñ. si iudex vsus est verbis te in posses. zc.

De foro compe. Rubrica. Conclusio.ccxxvj.

IN causa mea Auinioneñ. spectator. Primo q clericus mercator solutus permittēs se trahi ad iudicē secularē tacuit se esse clericū vsqz ad sñiam inclusiue: z post ad impediendum executionē dicit se clericū z propter hoc dicit processum nullū: tenet actori ad expensas. de excep. exceptionem. Item q copia extracta per notarium cause de originali processu primi iudicis ac ꝓducta corā scdo iudice clausa z sigillata sigillo primi iudicis z subscripta a notario fidē facit.

De expensis. Rubrica. Conclusio.ccxxvij.

ITem sñia lata super expēsis q veniūt ante lit. cōte. absqz petitione z ꝓcessu nulla est. Itē q petēdo in libello debitū cū expēsis nō intelligit de expēsis factis ante corā alio iudice min⁹ competente: z idem dicat libello recōuentionali nō respondēdum et petat expeñ. Item q appellatio a taxatione expensarum non valet si non reperitur taxatio in actis. licet reperitur condemnatio z m[illegible]nda tum de taxatione etiam iniqua facta.

De procuratoribus. Rubrica. Conclusio.ccxxviij.

ITem q iudex ex causis animum suum mouētibus vt dicit mādans ex officio citari personaliter reum per procuratorem respondentē vt rñdeat interrogationibus iudicis nō grauat per hoc.

De consue. Rubrica. Coclusio.ccxxix.

PRimo q ex cōsuetudine optādi quis in diuersis vacationibus pōt pluries optare qz verba cōsuetudinis hoc habent et mere vez vt semper antiquior portionem habeat pinguiorem z loquimur in actu cuius effectus est reperibilis: igitur zc.

De fide instru. Rubrica. Cōclusio.ccxxx.

IN principio facta in partibus vigore cōpulsorie requirit partis vocationem. allegaui. de testi. significauit. et c. albertus. z. c. in nomine. c. de testa. publici inducendo. tu c[illegible]itabis.

¶De accusationibus. Rubrica.
Conclusio.ccxxxi.

Veritate criminis probata[a] per duos testes lz nō probet infamia hodie potest agi ad effectū accusa. per modum inquisitionis ex officio. Non ob.c. inquisitionis.z.c.cū oporteat. de accu.z ibi no.allegabā rōnē.l.iij.de offi. presi.z.l.ita vulneratus.inducēdo z equiparando semiplenam probationē infamie saltē probationē duorū testium de veritate.

¶De accusationibus. Rubrica.
Conclusio.ccxxxij.

Inquisitio petenti copiam capitulorum illa danda sunt anteq̄ respōdeat licet curia seruat contrarium.

¶De prebendis. Rubrica.
Conclusio.ccxxxiij.

Impetratio certi corporis beneficij nō expressis qualitatib⁹ ſm dn̄m Neapo.z do. Pe.de sarce.valet tūc si aliqua exprimanť ex quibus zc. vt quia impetretur beneficium electiuū non dico q̄ sit curatum zc.aliter non.

¶De prebendis. Rubrica.
Conclusio.ccxxxiiij.

Sub gratia de dignitate cathedralis ecclesie vel ciuitatis etiam electiue z curate z capitis tanq̄ reseruata pape nō facta mētione de cura electione et capite gratia non est surreptitia. Item q̄ virtute dicte prime gratie propter non obstañ. potuit prouidere de dignitate collegiate nō obstañ. q̄ ibi sit cōsuetudo q̄ non nisi canonicis prebēdatis possunt tales dignitates cōferri etiam si ille non fuit canonicus prebēdatus ſm Pe. de sarce. Itē gratia est surreptitia de beneficio facta nō habita mentione de surrogatione.

¶De prebendis. Rubrica. Conclusio.ccxxxv.

In causa dn̄i Guil.gal.q̄ vbi cōcurrūt reseruatio pape et collatio executoris aplici prepōderat collatio: q: nō pbať impedimēta liť. reser. precessisse.fa.not.cle.literas.de rescriptis. de preben.si tibi absenti.z.c.si a sede.z per Joan. and. in nouella.et no.in.c.venerabilibus.de sen.excō.lib.vj.Item q̄ si executor mādat subexecutori q̄ cōferat impetrāti primum beneficium quod duxerit acceptandum poterit conferri antea acceptatum zc.

¶De appellationibus. Rubrica.
Conclusio.ccxxxvj.

In causa do. Pet.de Narbona.primo q̄ si in partib⁹ appellationē al's non deuolutā zc.cui prefixus erat terminus ꝓsequēdi per iudicē nō approbauit appellatus pōt in curia eam approbare absente appellāte: z maxime posset ꝓcedere reintegra propter no,Jo,Host,Jo,mo.Archi.z Jo,and.

a ¶Veritate criminis pbata. Nota q̄ crimē pbatur multipliciter. per rei euidentiā vt cū q̄s in crimine depre-hēdiť. l. al's l.dist.si quis diacon⁹. itē cū q̄d est ita notoriumvt nulla tergiuersatiōe celari possit.ij. q.j. manifesta.itē p formā.iiij.q.iij. §.itē i criminali.itē p p̄scriptionem dist. xviij. c. puenit.itē p iuramentū. xvj.q.iij. dilecto. itē p instrumēta ea. q.iij.§.pt.itē per testes.de coha. cle. et mulie. tua. Pe[...]nū autem testē nō probať nisi cū miraculo iiij. q.iij. l.si. z.§.sz obijcitur. Exēplū ibi de sancto Bricio. Casus tñ sunt speciales q̄bus probatur per vnū testez: quos ponit Alberi.C.d testi.l. iureiurād

et Jo.an.in.c.cordi. Sed adhuc tenui contrariũ & mecum plures propter equitatẽ:quia equũ non esset absentẽ & ignorantẽ cõpelli venire cũ actis & munimẽtis ad curiã super negotio principali. Facit verbũ petierit positũ.in.c.cordi. cũ ibi not.per dictos doct. Tu dic a quo debet fieri hec petitio: an ab appellato vel a iudice a quo:quod nõ põt fieri illis absentib9:an a iudice ad quẽ qd non videt. Item q2 ista petitio fit vt partes veniãt cũ actis &c.continẽ tibus principale:ergo oportet ꝙ primo deueniat ad notitiam appellati. Itẽ ꝙ vim citationis habet vt ibi patet:ergo debet venire ad notitiã citati anteq̃ artet. Itẽ ꝙ desertio appellationis interposite ab interlocutoria deuolut. negotiũ principale non impedit prosecutionẽ negotij principalis in curia: q2 curia nunq̃ remittit:lz secus de appellatione a diffinitiua:q2 ibi cessante appellatione cessat negotium principale cum sit idem.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio.ccxxxvij.

In causa dñi.N.ꝙ iuramentũ[a] prestitũ regi non excusat personaliter citatũ in curia de mãdato pape per.c.cũ parati. de appel.& ibi not.per Innocẽ.iuncto.c.veniẽs.ij. de iureiurã. cũ ibi not. Itẽ ꝙ nec impedimentũ incõmoditatis. Item ꝙ nec impedimentum necessitatis datum in mala forma.

a ¶Iuramẽtum. Iurare quid sit: que causa institutionis iuramẽti:qualis sit ei9 forma:& qñ licitum est iurare.vide glos. singul.xxij. q.j.c.j. super verbo iuramentum.

¶De appellationibus. Rubrica.

Conclusio.ccxxxviij.

In causa ecclesie ꝙ nõ põt archidiaconus nomine ecclesie ꝑ interesse ecclesie nisi epõ & capitulo negligẽtibus: sed pro interesse suo bñ: sed non potest alius q̃ ipse appellationẽ prosequi nisi esset talis qui adhesisset infra.x.dies. per not. de elec. vt circa.lib.vj.alleg.nõ.Inno.de testi.cum olim.noĩe autẽ epĩ non põt vicarius.per not.Inno.de offi.archi.c.j.nec valet nisi eps constituendo procuratorẽ ad eam prosequendã vel al's eam infra.x. dies ratam habuerit.

¶De appellationibus. Rubrica.

Conclusio.ccxxxix.

In causa do.Guil.ꝙ attẽptata post inhibitionẽ vbi cõstat de nullitate appellationis nõ sunt reuocãda propter verbũ canonice positũ.in.c.non solũ.sed vbi cõstat de iniustitia seruãdus est ordo qui seruat cũ de possessorio ꝑ vno et petitorio pro alio.de cau.pos.cum ecclesia.&.c.cũ dilectus.saluis not.Jo.mo.in.c.non solũ.alle. Item ꝙ eps agit pro ecclesia sine cõsensu capituli in nõ arduis: in alijs nõ:per no.Innocen.in.c.edoceri.de rescript.

¶De preben.Et lite pen. Rubrica.

Conclusio.ccxl.

In causa do.Roberti ꝙ pẽdẽtia litis surreptitie gratie primi iter primũ & secũdũ impedimentũ non reddit surreptitiã gratiã secũdi super bñfi

cio cadēte in gratia vtriusqꝫ per secundū nō facta mētione de pendentia huiusmodi tali lite pendēte facta: qꝛ nō interest ꝛc. per no. Inno. vt lit. pendē. c. iij. nec habet locū. c. j. ꝛ. ij. vt lit. pen. lib. vj. qꝛ lis hic non pendet super beneficio. Sed si impetratio facta fuerit sub cōditione si nō sit alteri ius quesitū. Secūdo de tali beneficio ꝙ per secundū arrestari procurantē literas primi factū fuerit quominus primus illud beneficiū per eū acceptatū poterit ante huiusmodi gratiā impetra. secūdi facere sibi conferri: surreptitia est talis gratia secūdi de hoc non faciens mentionē.

¶ De appellationibus. Rubrica.
Conclusio. ccxlj.

MEa in causa gerundeñ. a grauamine primo: ꝙ vbi appellat a grauamine ante sententiā diffinitiuā ꝛ ab ipsa sententia diffinitiua maxime in causa bñficiali iudex vtriusqꝫ appellationis procedere potest super principali saluo iure expensarum.

¶ De appellationibus. Rubrica.
Conclusio. ccxlij.

IN datione apostolorū sufficit qualitercunqꝫ talia dicere per que apparet ꝙ vult approbare vel reprobare appellationē. Item ꝙ si loco apostolorum dicat seu narret notarius ꝙ reduxit instantiā ꝛ ordinauit procedendū super principali saluo iure expeñ. cum ab hac appellaretur sunt due ordinationes: quarum prima operatur reuocationē grauaminis ſm Pe. de sarcenato: ꝛ alia noua dispositionem preiudicātis appellati ab ea ꝛ saltem domini cocor. ꝙ cū bona causa possum remittere causam dño Guil. gal. a quo propter grauamē proximi fuit appellatio interposita ꝛ mihi cōmissa causa.

¶ De consue. Et de senten. excō. Rubrica.
Conclusio. ccxliij.

PRimo ꝙ potest consuetudo inducere ꝙ procedatur ad sententiā excōmunicationis sine scriptis: licet allegaretur contrariū ꝙ talia que conceduntur solum ex priuilegio non inducūtur consuetudine vt ꝙ procedatur sine libello summarie: et not. Archi. viij. distin. cōsuetudo. ꝛ de hereti. c. fi. li. vj.

¶ De dolo ꝛ contumacia: ꝛ de sententia excōmu. Rubrica.
Conclusio. ccxliiij.

ITem ꝙ pro simplici contumacia [a] potest capitulum habens alias iurisditionē suspendere canonicos sicut excōmunicare ꝛ tali suspenso fructus auferre: et ꝙ huiusmodi occasione non potest agi restitutorio: et quod contra petitoriū admitti debent articuli de ista materia.

a ¶ Pro simplici contumacia Nota ꝙ contumacia est quedam volūtaria inobediētia qua quis monitionē iudicis implere contēnit. ☞ elicit ex. c. ij. de dolo ꝛ contu. in ficta gl. in ver. ꝯtumaciter. ꝛ ibi no. quō fit multis modis. et ꝯsistit proprie ꝯtumacia in nō faciēdo volūtarie qđ ds facere sciat se debere: vt patet in dicta glos.

¶ De prebendis. Rubrica.
Conclusio. ccxlv.

In causa dñi Gaihardi q̄ pfixio termini facta impetrāti in aliqua prouincia in forma pauperū adiecta q̄ ibi elegerat perpetuā mansionem ibi facta est autoritate cōmissionis specialis habentis clausulā de imponendo eidem pauperi alias perpetuū silentiū preiudicat infra terminum nō probanti: et q̄ sola assertio predicta hic non probat.

¶De fide instru. Rubrica. Conclusio.ccxlvi.

Instrumētū notariorum imperialiū confectum etiā infra terras ecclesie probat.

¶De donationibus. Rubrica. Conclusio.ccxlvij.

Frater minor.eps de bonis ecclesie modicū quidvidelicet.xxx.flore.propter impensa obsequia dare pōt.C.de sacrosan. eccle. iubemus.et de dona.c.ceterum.Et q̄ conclusio facta in causa pphana cum potestate reuocandi potest reuocare ex causa.

¶De preben.Et de proba. Rubrica. Conclusio.ccxlviij.

Expectāti prebendam vacaturam per assecutionem autoritate literarū apostolicarum in personam titij nō sufficit probare literas concessas titio in forma dignum arbitramur continentes mandatum de prouidendo titio et titiū possessionez habuisse: nisi pbetur puisio titij et modus predicte vacationis.

¶De appellationibus. Rubrica.
Conclusio.ccxlix.

In causa mea q̄ procurator non potest facere approbationem appellationis de qua.in.c.cordi.sine speciali mādato. Alij tamen contra si est procurator ad appellandum: quod primo facit: qz non prorogat cum olim nec facit nisi inclusa sub mandato.l.diligenter: graue autem est litigare in curia: et requirit speciale mandatum.ar.cle.causam.

¶De testamentis. Rubrica.
Conclusio.ccl.

Non executores testamenti sed heres institutus potest debita testatoris repetere in.l.nulli.et.l.si quis ad declinandum.C.de epis.et cle.per glo.et.l.id qđ pauperibus.eo.ti.per Cy.et.c.ij.de testa.li.vj.

¶De prebendis. Rubrica.
Conclusio.cclj.

In causa mea burdegaleñ. Primo q̄ gratia facta titio de certo beneficio meuij cum vacabat per contractum matrimonij eiusdem meuij vel alio quouismodo: nō debetur illud beneficiū titio in casu q̄ nō premisso modo: sed per resignationem factam per procuratorem dicti meuij in curia Ro.vacauerit.

¶De fide instru. Rubrica.
Cōclusio.cclij.

Sumptum de registro supplicationum non probat pro producente nec contra eum: maxime si produxit solum quantum per se faciebat. ¶De renun.De proba. Rubrica.
Conclusio.ccliij.

Si papa narrans titiū per procuratorē ad hoc legitime cōstitutum renuntiasse apud aplicā sedē pbende sue in manib⁹ cōmissarij ipsi⁹ pape et illā pbēdā vt sic vacātē conferat meuio petatqz ex dicta collatiōe ipē meui⁹ pbēdā hmōi p auditorē cui est cā ɔmissa p eo ɔtra possessorē sibi indicari: nō sufficit sibi q̄ ad pmissa pbare seu ad iudicē pducere literā dicte gratie: sed vltra hoc opportet pbare alias legitime pcura.antedictam.

a ¶ Cũ in[illegible]ento. fm Gof. Hosti. Archi. et in aut. de mãda. princi. §. sed neq. Juramentum est assertio vel negatio de aliquo licito possibili et honesto sacre rei attestatione firmata. Et nota. xxij. q. j. §. j. Unde dicitur iurare: qꝛ quasi pro iure introductum est vt quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur pro vero habeatur.

b ¶ x. Dierũ. Nota ꝙ ifra x. dies a die late sentẽtie appellãdũ ẽ vt. C. de ap. aut. hodie vero fallit i absente ex probabili vel notoria causa: quia talis infra. x. dies a tẽpore quo sciuit sentẽtiam latam potest appellare. vt. C. q̃modo ꝛ quã do iudex. l. ab eo. C. quãdo appel. sit l. j. §. fina. et ibi bona gl. Et hoc verũ nisi sit cõtumax vere in non cõparẽdo vel veniẽdo ad iudicium: qr[ia] tũc nõ auditur: nisi veniat iudice sedẽte adhuc pro tribunali. l. diuus. ff. de in inte. resti. Sec⁹ si fuisset cõtumax restituendo: quia potest appellare. l. creditor. ff. de appelatio. §. iussus.

¶ De resti. spolia: Rubrica. Conclusio. ccliiij.

[S]Ententia lata a iudice in partem nõ cõtumacem nec citatam ꝓ contumacia. vide per no. Inno. in. c. auditis de procura. Item in alia causa ex solo remedio. c. reintegrãde. põt pronuntiari spoliationẽ esse iniustam ꝛc. per no. Archi. in. c. sciant cuncti. de elec. libro. vj.

Cõclusio. cclv.

[S]I mandetur episcopo citra mõt. videlicet ꝙ prioratus monachorũ vel monialiũ reuocari non debeant cum nõ sint spoliandi sine causa: nihilominus tñ reuocatio facta cũ causa vel sine causa reo vocato vel non vocato collatioq̃ inde secuta ac possessio ablata priuato ꝛ data prouiso valent: lꝫ possit priuatus officiũ supioris iplorare: ꝛ apõ eũ priuãs teneat de cã docere.

¶ De resti. spo. De reg. Rubrica.

Conclusio. cclvj.

[M]Onachus nullo casu potest petere restitutionẽ si spoliet ꝑ abbatem suo prioratu nisi fuisset spoliat⁹ pẽdẽte inq̃sitione vel accusatione quã ꝓcurat contra abbatẽ: vt no. Inno. i. c. olim de accu. in. j. glo. Itẽ ꝙ si monachus in prioratu est institut⁹ a papa requirit ꝛ sufficit in ei⁹ priuatiõe expssus eẽ. Itẽ qꝛ vicario curã prioratus hñte qui ꝓ pẽsione agit cõtra priorẽ cõfitẽtẽ pẽsionẽ dicẽtẽ tñ fruct⁹ diminutos ꝛ minus pensione sufficere vicario certãq̃ quãtitatẽ offerẽs sub cõditione dimõ renuntiet in ppetuũ maiori pẽsione hoc recusante vicario eidẽ vicario petẽti lite pẽdẽte sunt assignãda alimẽta pro rata q̃titatis oblate.

¶ De iureiurando. Rubrica.

Conclusio. cclvij.

[I]Lle q̃ renũtiat cũ iuramẽto[a] exceptiõi nõ ita celebri cõtract⁹ ꝛ copie instrumẽti petẽde post contra aliquã earũdẽ renũtiationũ nõ admittit nisi primo iuramẽtũ relaxetur.

¶ De iudicijs. De testi. Rubrica.

Conclusio. cclviij.

[T]Ertio nõ veniẽti ad cãm ꝓ suo interesse de quo in instrumẽto snie ꝓ eo sup re de qua late agit docet ad petẽdũ ꝛ hñdũ copiã attestationũ iã publicatꝝ admitti dꝫ: lꝫ. d. vinariẽ. ꝛ ꝑ. iambo contra.

¶ De appellatio: Rubrica. Cõclusio. cclix.

[P]Refixo termino appellãti. x. dieꝝ[b] ad ꝓseq̃ndũ prodest sibi ad hoc ꝙ appellatio sua nõ dicat deserta ꝙ infra illos. x. dies appellatus fecit cãm appellationis auditori cõmitti: licet ipse appellans nihil fecerit lꝫ pe.

de sarcenato contra respondendo certo modo ad.l.petende.C. de temp. in integ. re.pe.licet fatetur Specu.tenere cum dñis tit.de appel. Dixerūt antiqui dñi etiā sic al's fuisse in concilio determinatū. Sed dñs Uinariē.dubitauit:vt dixit.

¶De re iudicata. Rubrica. Conclusio.cclx.

SEntentia lata postq̄ variato2 vnius partis habens ad hoc speciale mandatū renūtiauit liti ꝛ cause cōtra dñm illius procuratoris vocatū solū per audientiam contradictarum valet. Sed Uinarieñ.cōtra:q2 dicit ꝙ lis durabat vsq̄ ad sentētiā nō obstañ. cessione. Itē ꝙ in libellis ꝛ sentētijs plus cōsiderat mens q̄ verba.

¶De do.et contu.De presump. Rubrica. Conclusio.cclxi.

IN causa mea arelateñ.ꝙ si condemnatus bona sua cito post condemnationem ad mandatum alterius iudicis dat in solutum presumitur fraus contra eum ipsum repellens a beneficio cess.per.l.fi.ff.de ce. bo.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio.cclxij.

MAndatum directū epo exequitur electus cōfirmatus. per.c. eam te.de rescriptis cū ibi no.fa. ratio.c. quoniā abbas.de offi.deleg.C.de bo.que lib.non sine.ff.de bo.pos.que ex te.mi lit.l.j.ꝛ iura.ꝛ glo.que dicūt idem.vide de electo cōfirmato sicut de epo.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio.cclxiij.

COmmissio facta ad recipiendū iura producenda pe partes dat potestatem recipiendi attestationes sicut econtra in cle.sepe.ne nimis artentur verba rescripti: cōtra no. Inno.de rescriptis.ex literis.

¶De testibus. Rubrica.

Conclusio.cclxiiij.

SI testis dicit me obligasse titio q̄q̄ dicat se nescire ex qua cā si constet si esset titio obligatus ex certa causa presumitur ꝙ ex illa:ꝛ valet testimonium.per no.de re.ven.l.quedam nec valet obijcere contra testem affinitatem tertij gradus vel senten.excommunicationis et probare solum denuntiationem per not.c.pia. et per Innocen.in.c.ij.de testi.

¶De testibus. Rubrica. Conclusio.cclxv.

DE iure canonico non potest idem esse notarius ꝛ iudex in eadē causa.per.c.qm ꝯtra.nec ob.de testi.qm a nobis. q2 fateo2 ꝙ super his potest esse postea testis: vt ibi aliud non dicit.l.ij.ff.de dolo.l.ij.ob.sed loquitur scdm leges.

¶De lit.contest.De resti.in integrū. Rubrica.

Conclusio.cclxvj.

dicit qp fiet executio ante omnia: sed loquitur solum de proces
su qui tamen fertur per sententiam. ff. de re iudicata l. j. Con
firmat dominus Francisc. quia videntur hic esse duo priuilegia
huiusmodi possessorij: vnum quo ad processum qui fit ante sen
tentiam et illud propter dictam commissionem est bene subla

s ¶ Spoliationis beneficij. Nota qp cū q̄s spoliatur ab aduersario rebus vel beneficio ante litis ingressum restituitur. iij. q. ij. p totū. Adde qp spoliatio sonat in factum nō in exceptionē panor. iij. c. ex parte. de cle. nō [illegible]si.

c ¶ Sup petitorio. Petitoriū iudiciū qd sit vide. C. qui legiti. pso. l. fi. et plene Spec.

rum. Aliud quo ad processum executoris ⁊ post sententiã: ⁊ illud nõ est sublatum
Sed hoc facit magis contra ꝙ pro: qꝛ reuera nõ est nisi vnicũ indiuiduũ priuilegiũ
vnico ⁊ indiuiduo iure concessum. Ideo in totũ videtur esse sublatũ. Item confir=
mat dñs Nico. qꝛ in materia attemptatorũ non dicitur ꝙ nõ procedatur ⁊c. sed ꝙ
ante omnia reuocentur. Hoc vero cõcernit magis principaliter executionẽ ꝙ pro=
cessum. Cõmissio vero principaliter cõcernit processum. Sed hoc facit cõtra qꝛ be=
ne videt et cõmissio de hoc priuilegio attemptatorũ mentionẽ facit ⁊ vult ꝙ non
obstet processui ipsius petitorij: tamen alias noceret. Quarto qꝛ non dicit nisi ꝙ
procedat in vtroq̃: quod esse non potest nisi vtroq̃ processu durante: ergo vsq̃ ad sen
tentiã vlt. super possessorio latã solũ ⁊ dũtaxat. Quinto qꝛ non refertur hec cõmis=
sio nisi ad dandũ: non refertur ad executionẽ: ergo ⁊c. Sed ego fui ⁊ sum cõtra. Pri
mo ꝑ ꝯtrariã rõnẽ prime rõni qꝛ tũc nõ vitiat̃ ⁊c. qñ post suũ cõpletũ eẽ ⁊c. vt. ff. de
serui. l. vt possessoriũ. §. fi. ⁊ dicta. l. penul. §. j. ij. rñso. ff. de verbo. obliga. Modo hic
hẽbat suũ completũ esse gratia in dicta ꝯmissione facta etiã statim anteꝙ̃ ad alia
procederetur licet huiusmodi completũ esse haberet causam continuã et durabilẽ
producentẽ effectũ: vtpote ꝙ processui petitorij priuilegiũ possessorij etiã per mo=
dũ attemptati intentati in aliquo non obstaret. Secũdo per contrariã rationẽ se=
cunde rationi. qꝛ mens commiss. nõ fuit derogare quo ad hoc iudicio possessorio
quando iudex in eo continuo ⁊ ante ⁊ vsq̃ ad sententiã ⁊ etiã post sententiã vsq̃
ad completã eius executionẽ continuo procedi posset. ⁊ infra no. fa. in aliquo cõ=
missio contra cle. vt calumnijs. de iureiurã. sed fuit intentio eius fauere petitorio
quo ad hoc: vt priuilegiũ attemptatorũ de quo vt li. pen. c. ij. in cle. cũ ibi not. pro=
cessui in petitorio in nullo obstet. modo cle. vt calũnijs loquitur solũ de tollendo
impedimento ꝙ tribus sententijs cõcordibus obstare haberet. Tertio per contra
riã rationẽ tertie rationis contrarie: quia licet hoc sit regulare ꝙ ea que sunt con-
tra ius commune sunt stricte interpretanda. ff. de actio. et obliga. l. in honorarijs.
§. sed cum rescissa. nihilominus vbi sunt talia ius aliquod cõtra quod veniunt in
ius commune reducũt ad ius cõmune magis commune sunt fauorabiliter inter=
pretanda ⁊ non restringenda: pro eo ꝙ cum naturale est illud ius speciale ad com
mune redire. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. versi. ꝙ in specie. licet enim cõmissio sit
contra ius speciale materie attemptatorum: tamen est secundũ ius cõmune quod
habet ꝙ due questiones simul mote simul tractentur: quod patet: quia ius specia
le attemptatorũ priuilegium ab omnibus appellatur. Quarto circa idem quia si
contrariorum eadem est disciplina: insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ in priui=
legio possessorij dicũt iura nõ procedi debere in petitorio quousq̃ processus pos=
sessorij fuerit expeditus. c. pastoralis. de cau. pos. ⁊ tamẽ intelligitur in possessorio
etiam vsq̃ ad executionem: ergo idem in commissione predicta vt ibi verbum pro=
cessus ad processum executionis extendatur vt de resti. spolia. pisanis. facit quia li=
cet in executione non sit necessarius talis processus sicut ante sententiam: tamen
aliqualis necessarius est. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. super hec. Quinto per contra=
riam rationem quarte rationis contrarie. Nam vnaqueque dispositio debet habe
re et recipere suam interpretationem scdm finẽ ad quem tendit. probant iura su=
pra allega. fa. de testi. veniens. Modo constat ꝙ gratia facta per dictam commis=
sionem non tendit vt dicta materia attemptatorum in aliquo priuilegietur: ⁊ ma
xime nõ tendit ad hoc ꝙ illi materie competit de iure communi. videlicet ꝙ in ea
cum petitorio procedi possit. ff. ad municipa. l. j. in fi. sed potius tendit vt dicte ma
terie attemptatorum priuilegium conferatur: et ꝙ petitorio beneficium afferat:
vt videlicet in eo procedi continuo et statim possit: illius materie attemptatorum
priuilegio non obstante. Modo processus petitorij non finitur nisi quousq̃ in eo
remanet aliquod ad agendum. C. ad sille. l. j. in. fine ergo ⁊c. Ergo propter nullam

materiam de qua loquuntur verbū simul debet interpretari ciuiliter: videlicet durante vel nō durante processu attemptatorum procedatur in petitorio. Uel debet intelligi ⁊ melius ꝙ durante processu possessorij seu attemptatorum etiam coram quocunqꝫ procedi posset in petitorio. modo durat processus quo ad executionem coram executore: ergo ⁊c. Sexto per rationem contrariam quinte rationi contrarie et etiam rationi quarte: quia dum priuilegium conceditur cause non debent considerari persona iudicis: sed materia cause qꝛ persona iudicis non priuilegiatur sed causa vt mandatur auditori cause in prima instantia ꝙ procedat summarie ⁊c. Auditor secunde instantie hoc facere poterit quia nō fit preiudicium persone sed cause. Ita tenemus modo hic non fit preiudicium auditori sed potius parti petitorium intentanti ⁊ cause sue ergo ⁊c. Et ita verbum simul debet bene recipere suam ciuilem interpretationem vt dixi. Septimo ꝙ causa quare fuit concessa commissio fuit vt vitiosus non daretur ingressus spoliato ad beneficium: ⁊ vt lites abreuientur: sed ista durat etiam pendente executione. Egidius bellemere.

¶ De iudicijs. Rubrica.

Conclusio.cccccviij.

Conclusio ꝙ auditor camere apostolice nullo modo potest citare extra curiā nisi habeat hoc a papa speciale mandatum vel nisi super hoc in aliquo casu speciali habeat cōsuetudinem specialem ⁊ hoc est contra ius.no.Io.mo.in regula generali.contra quod nō pōt auditor camere imo nec camerarius vel alius preter papam. Item quia cur.est sibi pro territorio ergo et presertim non potest citare personaliter. Et in hoc arguitur eius temeritas quia pretendit se esse executorem processuum qui fiunt in die cene imo omnium cōstitutionum papalium tanqꝫ ordinarius et per hoc omnem iurisditionem ordinariorum: imo potius apostolicam nititur occupare. Egidius.

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio.cccccix.

Conclusio ꝙ in causa beneficiali non debent admitti articuli fundati super gratia cuius sumptū de registro literarum statim haberi potest nisi sumptum huiusmodi habeatur ⁊ producatur: qꝛ equitas dicti modo positi in.c.j. de proba. plus viget in hoc casu de productione. Intelligunt domini cum timeatur de fraude per aduersariū committēda: ⁊ tunc si producam ⁊ detur copia detur sine die ⁊ consule.

¶ De resti.spoli. Rubrica.

Conclusio.cccccx.

Conclusio ꝙ si inferior commendator deducit contra superiorem commendatorē spoliationē factā per.P.⁊ Mar.familiarem dicti superioris cōmendatoris: ⁊ de mādato ipsius ⁊ dictus superior cōmendator excusando se ne de iniuria teneatur dixit hoc factū fuisse per Io.eius vicarium eo inuito et eo ignorante: non bene excusat: ideo tunc ꝙ illud quod deducit spoliatus ⁊ possibile est hec facta multiplicia fuisse plura.

¶ De resti.spo. Rubrica.

Conclusio.cccccxj.

Conclusio ꝙ non valet quo ad excludēdum restitutionem quia dicat superior commendator ꝙ eo ignorāte facta est spoliatio postqꝫ adhuc eum de facto detinet spoliatum.

¶De resti.spo. Rubrica.

Conclusio.cccccxij.

Conclusio q si dicat superior cōmendator se non spoliasse sed dedisse custodē beneficio vacanti non bene se defendit in iudicio resti tutorio: quia eoipso q illum venientem non admittit spoliat: et qr calumniose loquitur qr isto modo datur ordinarijs occasio omnes spoliandi.

¶De offi.legati. Rubrica.

Conclusio.cccccxiij.

Conclusio q legatus de latere[a] pōt epāli dignitati vnire vnā parochialē ecclesiam illius dioces. Hanc conclusionez tenet Joan.an.in addi.Spec.ti. de lega.§.nunc ostendendū.versi.vno.super.versic forte.Ratio Jo.an.qr hoc potest episcopus in.c.sicut vnire.ergo ꝛ legatus per not.Spec.eo.§.ad fi.colū.penult.ver.legatus. Caue tamē: q Fe. de se.in quodā consilio suo quod incipit Reuerendus in xp̄o pater in plebe collegiata contrariū tenet.mouetur per.c.fi.de cōfir.vti.Et bene facit pro hoc no.per Inno.Hostiē.ꝛ Jo.an. qui tenēt q collationes ibi facte de monachis quibusdā ecclesijs ibi nō valuerunt pro eo q legatus ad hoc nō habebat potestatē.Itē mouetur per.c.penul.de offi.lega.li.vj.in prin.vbi dicit tex. q nedū inhibetur legatus de latere conferre ecclesias collegiatas:imo etiā inhibetur de ipsis ordinare vel disponere quoquomō q hec sunt a collatione diuersa: quia patet alias frustra ad ver. collationis adderetur.fa.de preben.cum in illis.§.j.et.ij.de codi.l.si idē.et fa.no.Joā.an.de preben.si tibi absenti.in glo.sed nunquid poterit. Accipitur enim verbū ordinare pro omni actu circa rem exercendo:vt colligitur in.q.ij.c.iij. de offi.ordi.c.j.de priuile.si papa.ver.ꝛ idem lib.vj.De hoc videtur casus de exces.prelato.in.c.sicut vnire.vbi papa se referēs ad canones antiquos dat intelligere q verbum ordinis ibi positum trahi debet ad vnionem.Dicit preterea ipse Federi.q Joan.and.hoc idem sentire videtur in dicto.c. fin. in reportationibus suis. Nec obstat s̄m eum q in casu.c.fin. ał's nō consentiebat episcopus de cuius priuilegio ibi tractatur hic bene:qr talis consensus non ponderatur vt cle.si vna.de re.eccle. non alie. Nec ob.q episcopus cū suo capitulo hoc posset vt.c.sicut vnire.et cle.si vna.ergo.vt.c.si abbatē.de elect.lib.vj.qr Fede. negat huiusmodi alienationem. Nam episcopus potest alienare cum consensu capituli:vt in canone sine exceptione:ꝛ tamen sine consensu huiusmodi cum autoritate legati non posset alle.de his que fi.a ma.par.capi.c.j.ꝛ sufficit dare instantiā.j.q.j.sicut vrgenti.ꝛ fauorabilior est iurisditio episcopi in sua dioce.q̄z legati licet legatus sit ordinarius.de offi.ordi.c.ij.in clemen alle.Spec.tit.de lega.§.nunc tractemus.versi.penult.licet Specu. de hoc dubitet. eo.ti §.nunc ostēn.ver.vno.plus tenet Fede.vbi.s̄. q legatus nō posset alterare collegiū nec de loco religioso facere collegiatum:ꝛ dicit q colligitur de eccle.edifi.c.pe.Nec posset inuitis canonicis dare licentiā plebanis permutandi inuicem suas plebes colle=

[a] Legat9 de latere. Panor.in.c.j.de offic.legati tenet(ꝛ bene) q solum cardinales dicuntur legati de latere: maxime hodie. Adde q legat9 de latere ex generali ptāte recipit ptātē dispēsandi in oib9 casib9 i qb9 dispensant epi archiepi p̄mates ꝛ patriarche ꝛ in oib9 alijs p̄ter reseruatos pape,vj.c.ij. de offic.lega.li.vj.Et de his intelligit q sunt honorā d[illegible]cut papa.Et q̄z plura ad hanc materiā ꝛ de corūz ptāte magna vide Spe.titu.de offi.deleg.§.iij.et p totū. Abb.in rub, de cōfir. vti. vel inuti. et Bart.in.l.p hibere. versi cu. ponē.ff. q vi aut clā,

giatas:qꝛ qui nō potest ꝯferre nec habet potestatē dare:vt colligitur ex no.Jo.an. de rerum permu.c.vno.in gl.p cōsti.cle.Ratio omniū premissorū ꝫm eū est ista qꝛ solius principis est aliquem priuare iure suo vel alteri preiudicare vt dicit iura q̄ alle.de religio.domi.c.cōstitutus.in prin.imo plus dicit ꝙ legatus nō posset simplices capellas alijs beneficijs vnire si per hmōi vnionē auferretur ius cōferendi ordinario loci:qua nō cōcedit legato iura aliena in perpetuū preiudiciū turbare lꝫ ista beneficia nō collegiata vacātia posset cōferre ꝛ in hoc ad tēpus preiudicare.de offi.le.dilect⁹.eo.ti.c.ij.ꝛ.iij li.vj.immo nec papa vniēdo vult alteri preiudicare vel ius alicui auferre.de reli.domi.c.ij.ꝛ ibi gl.qō.c. bene facit ad proxi.dicta:fa.iura que no.in simili cōclusione de iure pa.nobis.in gl.magna.in additi.Dicit etenim ꝙ qui cōtrariū dicit videlicet ecclesiā collegiatā p legatū posse reduci ad capellā vt desinat esse collegiū ꝛ dignitas ꝛ diminuat cultus diuinus:det tex. de hoc.Reperio etiā ꝙ Jo.an.per epm cui vniuit legat⁹ dictā plebē cōsultus:respondit ꝙ expediebat sibi habere cōfirmationem pape ex certa scientia dicēs hoc esse dubiū remittēs ad Spec.in dicto.§.nunc ostendendū.ver.vno.ꝛ ad no.in.c.fi. de confir.vti.nec aliud ibi ponit in effectu:quid dicendum videt:sic distinguo:qꝛ aut loquimur de dignitate tali cuius ordinatio legato admittit p decre.de liberatione.in prin.de offi.lega.li.vj.Aut de alio bñficio inferiori.Primo casu starē cū Fede.ꝙ nō valeret vnio de illo facta p legatū p superi⁹ allega.qꝛ adempto minori vcꝫ collatiōe fortiori rōne id qō mai⁹ est videt adēptū vcꝫ vnio:qꝛ ꝑpetua dispositio fortior ꝛ maior est ꝙ̄ tēpalis.Et ita ꝓcedūt ꝑxi.p Fe.allega.Aut loquimur de alijs beneficijs quorū collatio ꝛ dispositio potest pertinere ad legatū.Et tunc subdistinguo qꝛ aut p huiusmodi vnionē nō fieret p̄iudiciū nisi bñficio de cui⁹ vnione tractat:ꝛ tūc ꝓcedat cōclusio palatij ꝛ dicta opinio Jo.an.no.in Spec.ti.de lega.§.nunc ostendendū.sup ver.vno:puta ꝙ pōt legat⁹ tale bñficiū vnire.Nec ob. ꝙ istud nō est iurisditionis qꝛ nec est ita proprie administrationis quin sit autorizabilis potestatis sicut sunt dispēsationes que sunt in potestate talis legati seu beneficiorum collationes.c.j.de offi.leg.lib.vj.Aut fieret preiudiciū alteri ecclesie vel dignitati ꝙ̄ bñficio vniendo p huiusmodi vnionē.ꝛ tūc dico ꝙ in preiudicium huiusmodi talis vnio nō valeret.Et est casus in.c.fi.de cōfir.vti.vel inuti.vtpote si p vnionē perderet episcop⁹ suā iurisditionē ꝛ alia sua iura vt dicto.c.finali. Uel si ordinari⁹ collector vel patron⁹ ꝑderēt iura cōferēdi aut presentādi.Rō est qꝛ nec eps hoc posset facere vt de offi.ordi.ad hec.et de loca.c.vestra.Hoc enim speciale est in principe ꝙ tale preiudicium afferat vt supradictū est.dictā subdistinctionē probat in ratione dicte cle.si vna.cōiuncto.c.sine exceptione.ꝛ.c.dudū.infra proxima alle.qō proxi.intelligo nisi in auferendo iure alteri⁹ ecclesia seruaretur forma canonis sine exceptione.ꝛ.c.dudū.de re.eccle.nō alie.libro sexto. Et p ista ego qui fui valde dubius sum modo dei gratia clarissimus.

¶De offi.lega.De re.ec. non alie. Rubrica.
Conclusio.cccccxiiij.

Conclusio quod in vnione fienda per legatum non requiritur consensus capituli etiam si fiat vnio episcopali dignitati: qꝛ lꝫ episcopi potestas propter coniunctionem que est inter ipsum et capitulum sue ecclesie sit artata ad cōsensum vel cōsilium huiusmodi requirendū tm:vt de his que fi.a prela.c.nouit.et cle.si vna.tamen in legato qui cum capitulo non habet huiusmodi vnionem hoc non reperitur expressum. Egidius.

¶Ad idem.
Conclusio.ccccxv.

Conclusio q in vnione fienda per legatū nō requirit̄ tractat⁹. Ratio est: quia si consensus vel cōsiliū capituli hoc casu nō requirit̄ vt supra proxi. ergo nec tractatus cum capitulo: quia de alio intelligi nō posset hoc casu.

¶De offi. lega. Rubrica

Conclusio. cccccxvi.

Conclusio q legatus actū huiusmodi vnionis cōmittere pōt qz iure ordinario hoc sibi cōpetit. ar. ff. de iurisdit. om. iudi. l. more maiorum, cum. l. sequē.

¶De offi. lega. Rubrica.

Conclusio. cccccxvii.

Conclusio q grādis attenuatio redd. dignitatis episcopalis propter guerras est sufficiēs causa dicte vnionis. p lecta et not. de rebus eccle. non alie. dudum. libro sexto.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. cccccxviii.

Conclusio q si prelat⁹ vni⁹ ecclesie rei ad eādem ecclesiam pertineñ. prelato alterius ecclesie per suum predecessorem locate petit fructus pro tribus annis primo precedētibus tanq̄ de eis spoliatus: et nihilominus ratione pensionis de quinq̄ annis non solute petit declarari illum conductorem cecidisse in cōmissum et cecidisse a iure suo: tanq̄ cōtrarius repellēdus est in totū: quia in hoc quod petit dictos fructus contractum inficit. Et in hoc quod dicit illum cecidisse contractum supponit. l. titio. vsufructus. ff. de condi. et demō.

¶De probationibus. Rubrica. Conclusio. cccccxix.

Quod duo diuersa pbationum genera nō possunt coniungi vt minus plene plenariam probationem inducant. ar. ff. de excusa. tu. l. spadonez. §. qui vnam. et maxime si ad diuersos fines tendūt puta vnum ad probādum vnum obiectum: aliud vero ad probādum aliud obiectum: quia separatorū separata est ratio ff. de calum. multo melius probatur. ff. de rei ven. l. in venditionibus. §. item quecunq̄. versi. non idem.

¶De appellationibus. Rubrica.

Conclusio. cccccxx.

Conclusio q si appellatio bñficialis legitime deuoluta causaz semel deuoluat ad apostolicam sedem [a] desertio superueniēs nō potest tollere deuolutionem antedictam? Primo quia appellatio in causa beneficiali non interponitur solum vt reparetur grauamen immo etiam principaliter vt causa ad curiam deuoluatur ſm dominum Francis. Item quia intimatio principaliter hanc deuolutionem principaliter inducit ſm dominum Nico. Adde quia licet quod effectus requirens cōtinuam assistentiam cause

a ¶Ad apostolicā sedē. Adde q appellationi ad apostolicam sedē est ab omnib⁹ deferendū. et nō deferens punit̄. ij. q. vij. decreto. et c. quotiēs episcopi. et processus post appellationez factus eneruatur. e. c. quotiens.

cesset causa cessante. de episco. et cle. l. generaliter. de in integ. resti. mili. l. fi. Secus tamē de effectu cuius perfecta productio est momentanea et qui non requirit cause continuam assistētiam. Ideo mortuo legato non moritur eius constitutio. de offi. lega. c. fina. sicut moriente patre non igitur moritur filius. Exemplum in casu nostre materie deserta appellatione deierūtur effectus ipsius appellationis requireñ. continuam assistentiam ipsius appellationis tanq̄ꝫ cause sicut est suspensio effectus ipsius sententie vt l. furti. in prin. ff. de his qui no. infa. Et idē tenet palatin. de attēptatorum reuocatione ex priuilegio ipsius appellationis: quia huiusmodi priuilegium requirit continuā assistentiā appellationis eiusdem tanq̄ꝫ cause. Secus vero vbi effect⁹ in totali suo esse statim et momentanee ac perfecte producerentur: ita q̄ per eius persistentiam non requiret continuam assistentiam appellationis tanq̄ꝫ cause vt est in facto actus requirens liberam iurisditionem sicut in facto excōmunicationis. Casus est de senten. excommu. licet in. vj. Modo ad propositū deuolutio est effectus momētanee et perfecte productionis: igitur sortitur. Secundo cōfirmatur quia ius questitum appellato scd̄m huiusmodi quo ad huiusmodi deuolutionem per negligentiam appellantis auelli nō debet. vt de elec. ab eo. et de elec. ab eo. lib. vj. et cle. constitutionē. Regula non debet. C. de inoffi. testa. si quis in suo. Et not. per doctor. et Cy. C. de appella. per hanc. in. vj. questione. Et tamē per appellatio. et intimationem hoc ius deuolutum est quesitum appellato ergo etc. Non ob. cle. si appellationem. vbi patet etiam q̄ etiam appellato prosequeñ. non ideo minus sententia transiūt in rē iudicatam: quia hoc non videtur tangere preiudicium appellantis sed potius fauorem. Tamen quia aliqui dicere volunt q̄ etiā cōfirmari potest per no. ff. de appel. l. si expressum. Tertio confirmatur hoc. quia licet hec deuolutio concernat articulum grauaminis quo ad eius deuolutionem per modum appellationis tamē concernit etiam principaliter negotium principale quod nō deseritur ita faciliter operetur ergo desertio circa id quod respicit. Quarto confirmatur quia res que iam peruenit ad suū completum esse ex causa superueniente non retractatur. Regula factum legitime. cum cōcor. et ff. de serui. vrb. pre. §. fi. Modo effectus deuolutionis iam peruenit ad suum perfectuꝫ esse ante desertionē. Quinto confirmatur quia non appellatio. non intimatio: sed. l. scripta puta. c. statuimus. licet appellatione et intimatione precedentibus tanq̄ꝫ profanis secundum omnes hoc inducunt. ar. dicte. l. nunq̄ꝫ moritur.

a ¶ Intimatio. Q̄uo d3 intimari appellatio aduersario: nota in cle. de elect. c. cām. Et si q̄s intimat appellationē alieno noīe tenetur facere fidem de mādato: alias nō valet. not. per Archi. l. dist. si quis.

¶ De iudiciis. Rubrica.

Conclusio. ccccc xxj.

Conclusio q̄ etiam post annum cū dimidio a tempore dicte deuolutionis computandum potest in curis in dicta causa procedi per audientiā absq̄ꝫ hoc q̄ fuit citatio alia vel intimatio a ad partes. Ratio est: quia in causa deuoluta ad curiam modus citandi est per audientiam et hoc sit totius diuersus orbis. Igitur cū hoc potuerit pre-

nidere pars sibi imputatur qꝛ non fecit alterum de duobus: vel qꝛ statim nō fuit suā appellationē prosecuta vel ꝙ non misit ad custodiendā audientiā contradictarum cū sufficienti mandato. Imputatur enim ei qui preuidere potuit vt. l. si domnum. ff. mandati. c. concertationi. de appel. lib. vj. Primo qꝛ nō loquit̄ de desertione appellationis extra iud. sed de tēpore appellandi. Secūdo esto ꝙ fateor ꝗmōi ibi desertioni locum fore: tñ hoc est quo ad partis preiudiciū concernēs grauaminis reuocationē: non quo ad effectū deuolutionis quā dicta desertio nō concernit vt proxime dictū est. Nec ob. quod notat Comp. de elect. statuimus. lib. vj. tēpora de quibus loquit̄. c. statuimus. ita currere appellato sicut appellāti ⁊ seruāda fore per vtrūq3: qꝛ illa tēpora non concernunt tēpus quo ꝓcedi debet: sed cōcernunt tēpus in quo procedi nō debet ⁊c. Nec obstat ꝙ potuit appellās ignorare processum fieri posse post desertionē tñ qꝛ si errauit in facto sibi imputatur et preuidere potuit vt dixi. si in iure ignorantia non est probabilis igitur ⁊c. Egidius.

¶De testibus. Rubrica.

Conclusio. cccccxxij.

Conclusio ꝙ si pars cui fuit semel decreta vel expedita remissio producit testes in partibus: sed propter factū partis fuit impedita citationē exequi contra partē ⁊ test. cōtra ꝓducentem deposuerant nō est danda alia remissio pro eisdem testibus quia presumeretur quod idem deponerent sicut ante.

¶De officio iudi. Rubrica.

Conclusio. cccccxxiij.

Conclusio ꝙ si auditor prime instantie nō pronuntiauit scd̄m petitionem rei sed scd̄m petitionē actoris et male: et secundus auditor secunde instantie reperijt pronuntiandum esse pro reo ⁊ cōtra actorem hoc debet facere licet reus petitionem prime instantie non repetierit quia duo facere debet. Primum corrigere maleficium per primum. Secundo facere quod primus facere debuit: quia non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est. de no. fo. fi. in fi. in feud. colla. iiij.

¶De re iudicata. Rubrica.

Conclusio. cccccxxiiij.

Conclusio ꝙ in omni prima instātia in qua procurator omnes terminos seruauit taxandū est pro procuratore pretium. xv. flor. quia ita habet. l. ff. ex quib᷒. l. ꝓsperit. l3 qñq3 cā sit leuis: qꝛ si grauissima esset non plus haberet. ff. de iure. l. eum qui. Egi.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio. cccccxxv.

Conclusio ꝙ cōmissio ꝓcedēdi sola facti veritate inspecta ⁊c. in omni causa impetrata parte absente valet etiam nō facta mētione de partis absentia: qꝛ hoc ꝑuideri potuerat cū sit de pertinentijs cause: ⁊ quia faciliter ⁊ sepe obtinetur. Item quia citatus est absens ad omnes actus ⁊ per audientiam ad istum ad dicendum contra. Et Nico. dicit ꝙ negari non potest quin commissio valeat ipso iure.

¶De iudicijs. Rubrica. Conclusio. cccccxxvj.

Conclusio ꝙ vigore huiusmodi commissionis primo auditori in prima instantia directe secūdus auditor in secunda instātia ꝓcedere potest. Primo qꝛ fit cause ista cōmissio que durat in secūda instātia ꝓcedere pōt primo: scd̄o qꝛ nō debet esse artior processus secunde instantie ꝙ̄ prime seu cause appellationis ꝙ̄ principalis.

De rescriptis.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio.cccccxxvij.

Conclusio q̄ habēs gratiā ab vrbano ante mortē eius cōstituit p̄curatores ad prosequendā gratiā & acceptandum prouisionē & possessionē recipiendā & superueniēte dño Gregorio & post eius reuocatoriā dictus p̄curator acceperat vicariā curatā & eius possessionē nanciscit̄ collatione facta & q̄ hoc facto dictus constituēs impetrat a Gregorio aliā gratiam de premissis mentione non facta nec apparet q̄ premissa ad eius notitiā peruenissent: sed post impetratā gratiā per sex mēses ipse impetrans: narrans suā possessionē dicte curie per dictū suum procuratorē eius nomine fuisse continuatā vsq̄ tūc eam intrat & administrat sicut vicarius: non ideo inficitur dicta gratia per modū surreptionis. per lecta & not. in. c. gratia. de rescrip. lib. vj. Nec obst. narratio. §. proxi. quia potuit esse q̄ ideo dixit suā possessionem per dictum suum procuratorē de illo tempore continuatā fuisse: quia tunc reuocatoriam ignorabat.

¶De fide instrumentorum. Rubrica.

Conclusio.cccccxxviij.

Conclusio q̄ instrumentū quo cauetur impetrantē narrasse vacare beneficium & cadere sub gratia sua & illud acceptasse non probat gratie consumptionē nisi probetur q̄ infra tēpus acceptauerit: quia obiectus est in quo presumptio non sufficit. per not. Inno. in. c. super his. licet dominus Nico. & Fran. contra & ego cum eis. Egidius.

¶Ut lite pendente. Rubrica.

Conclusio.cccccxxix.

Ticius cōmendator sancti Antonij Uień. contra meuiū alterū cōmendatorē eiusdem ordinis super quibusdā iurib⁹ spectātibus ad preceptoriā Titij posses. per meuiū & preceptoriā meuij ex causa cuiusdā arrendationis corā auditore contenditur & moriatur meuius & eius loco quo ad preceptoriā Seius surrogat̄ & admittitur ad cause prosecutionē: & post hoc in causa inhibit̄. per auditorē obtinet Seius a papa mādari se induci in possessionē dictorū iurium & inducit̄: nō reuocatur per modū attēptati mandatū & inductio proxime dicta: tum q: iniusta fuit inductio cum preceptoria possessionē nunq̄ amiserit: tum quia nihil fit in preiudiciū litis cum super possessione illorū iuriū nō litiget̄. fa. not. ff. quod app. pen. nihil innouatur. l. j. in princip. per docto. s̄m Francis.

De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio.cccccxxx.

Dominus nouos cōstituēdo procuratores primos reuocare videtur: etiam si secūdo cōstituti onus procuratiōnis non acceprāt. not. glo. Jo. an. in. c. si duo. de procu. li. vj. in glo. ij. & no. idē Archi. fa. in ar. ff. de adi. leg. l. & si trāsferā. & l. legatū. ij. §. j.

¶De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio.cccccxxxj.

Licet procurator factus dominus litis in prima instantia per litis contesta. non possit reuocari inuitus sine causa: secus tamen est in secunda instantia nisi in ea fuerit lis contesta. vel actum fecerit qui in sententijs loco lit. contest. habetur. Ratio est: quia licet dñs litis efficiat̄ procurator per cōtestationē: hoc intelligit̄ quo ad instantiā nō quo ad causam. Modo lz sit eadē causa diuerse tñ instātie. tñ aliqui dñi fuerunt contra.

Conclusio.cccccxxxij.

a Si prouisus. De prouisione bñficiorum ecclesiasticorũ vide Archi. extra de prebẽ. cuz nullus. de elec. c. j. li. vj. Et per Compost. extra de rescrip. c. capitulum sancte crucis.

Si prouisus[a] per ordinariũ dubitans q̃ ille per quẽ venit fuerit subcollector: impetrat confirmationẽ in forma perinde valere ac si nõ fuisset subcollector: & postmodũ cum per apostolicũ impetrantẽ trahit in causam: ipse ordinarius cõfirmatus dat simpliciter de hmõi subcollectoria materia hmõi est de iure suo & nõ obiectiua: quia facit ad gratiã dicte cõfirmatiõis: que alias effectũ non habet & que tũc prouisionẽ operat: quã canonizare interest: potissime si cõfirmatus in cõsciẽtia sua hoc credit. Simile qz impetrãs gratiã q̃ si per euẽtũ litis neutrũ litigantiũ cõstiterit ius habere sibi prouideat dat obiectus vt tenet palatium: & tamẽ casus similis videt: igitur &c. Dñs Gal. & ego cõtra. Idem Reuerẽdissimus pater dñs cardinalis sancti Eustachij & dñs Nico. ab initio idem. Sed per rationẽ vltimo tactam in vltimis consilijs dubitauit: et vltimo licet sine motiuo in dubitatione perstetit sequẽdo partẽ maiorẽ nescio qualiter. Ratio: quia deductio huius materie non esset necessaria deducẽti si aduersariũ non haberet: igitur est obiectiua: patet conseqnẽtia per regulã quã palatiũ in hac materia tenet: probatur primũ: qz si fuerit subcollector siue non sibi adiudicari deberet: quia si non valuit collatio ordinaria et sic valuit confirmatio: igitur frustra expectaretur euẽtus probationis huiusmodi. ff. ad velleia. l. aliquãdo. C. de proba. l. ad probationẽ. & l. neq3 naturales. Secũdo quia materie deductio non est necessaria ad fundandũ ius deductionis cum sine illa fundetur: vt dixi: sed bene facit aduersarium repellendũ: ergo presumitur q̃ data fuit solũ ad repellendũ: & si admittitur ad dictum effectum solum admitti videtur. Primũ patet ex dictis. Illatio patet: quia de quolibet actum faciẽte presumitur q̃ facere intendat ad finem illum ad quem valere potest & non alias. ff. de leg. j. si quando. ff. ad municipa. l. j. in fi. c. si papa. & c. abbate. cũ simi. ergo clare patet q̃ hoc casu immittit in alium: iuxta. l. proculus. ff. de dam. infect. ff. si seruitus vendi. l. sicuti. §. aristo. fa. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. idem aiunt. et. §. deniq3. de lega. prestan. l. virilis. §. ij. ff. de carbo. l. iij. §. si duo. Et per hoc cessat ratio dñi reuerendi patris & maxime scientie viri Joan. de amelia olim auditor: nunc archiepiscopi Corsien. Dicebat enim hoc casu referre an daretur dictus articulus in euentũ: an vero simpliciter vt primo casu censeretur obiectiuus: secundo non. Dico enim secũdo casu idem: quia licet simpliciter detur presumitur tamen quod detur propter aduersariũ repellendũ: quia aliter datione non esset opus: cum ad veritatem disiũctiue sufficiat quãcunq3 partem esse veram. Tertio hoc probo sic: quia aut ponderamus solũ ordinariã prouisionẽ precedentem: aut consideramus solum confirmationem sequentem: aut cõsideramus vtrũq3 coniunctim. Si primo nõ põt negari quin sit obiectus ad quẽ tñ nõ admitteret talis nisi admitteret rõne possessionis defendẽde vt de se patet. Secũdo casu pbo esse idẽ: qz tãtas confirmatio casu quo põt sortiri effectũ eqʒparat prouisioni

papali facte cū clausula etiā si subcollector ꝛc. modo in tali censeretur obiect⁹. Tenet eīm palatiū ꝙ secundus in data hꝫ clausulā etiā si sit dignitas vel curā habeat aiarū: ꝛ primus nō habeat hanc clausulā ꝛ secundus de dignitate vel cura deducat obiectus est: ꝛ ita fuit seruatū cōtra me de tēpore. d. Jo. Rober. ꝛ dñorum sancti Eustachij sancti Angeli ꝛ de bhūino rome in palatio Anno. lxxvij. Tertio casu idē: qꝛ mediū debet sapere naturā extremorū: ꝛ videtur eadem ꝛ fortior ratio. l. premissa. Sed caue ꝛ aduerte ꝛ nota vt dissoluat vltima ratio per dñm Nicolaū subtilissime in contrariū facta de gratia ꝙ si per euentū ꝛc. qꝛ facto magnā differentiaꝫ vtrū timens titulū suū pretensum nō valere impetret ad audi. cause mandatū de prouidēdo sub collatione aliqua cui⁹ existētia inficeret dictū titulū primū: an vero aliqs timēs de suo titulo vt preferī ipetret primo a papa cōfirmationē sub forma perinde valere ꝑ quā vult papa ꝙ etiā si constet de certo impedimento de quo timet ꝙ alias titulo primo obstaret ꝙ nihilominus valeat a data cōfirmationis titulus primus. Nā primo casu si talis impetrās petat ab auditore prouisionē sibi fieri ſm formā pdicti mandati ꝛ ad dictā nouā prouisionē obtinēdā deducit existentiā dicte conditionis hmōi deductio satis potest dici de iure ipius deducētis. Ratio est: qꝛ cū timeat suā ꝓuisionē primā nō valere ꝛ ideo nouam ꝓuisionē petat negari nō pōt qn noua ꝓuisio fienda sit sibi necessaria ꝛ de iure suo. Igiī nō mirū si oīa sine quib⁹ noua ꝓuisio haberi nō potest etiā de iure suo cēseanī qꝛ idē est iudicium de via ꝛ de termino. de spon. oratio. Item quia negari non potest quando existentia conditionis sit de esse actus conditionis valide. ff. de verbo. signi. l. cedere diem. ff. de condi. insti. l. si ita quis hereditatem. Modo sic est in mandato ꝙ si per euentum liī. constiterit auditori neutri ius competere prouideat impetranti vigore cuius impetrationis asserens ius neutri competere petit prouisionem nouam sibi fieri: et procedit saltem clarissime vbi constat ex actis alias de non iure suo: qꝛ tunc sicut quodlibet aliud mandatū de prouidendo diceretur de iure suo ita istud: igitur ꝛc. Secundo casu dico secus ꝙ deductio materie existētie talis cōditionis est obiectiua vt in casu nostro de quo agitur: quia aut talis ordinarius confirmatus per modum predictum petit declarari simpliciter prouisionem sibi factam fuisse et esse canonicam: aut petit pronuntiari dictam prouisionem fuisse et esse canonicam a tempore confirmationis ꝛ nō ante: aut petit copulatiue ꝛ simpliciter collationem ordinariam et confirmationem fuisse canonicam. In primo casu apparet clare ꝙ deductio dicte existentie conditionis est obiectiua: quia cum ad effectum pronuntiationis sufficiat probare dictam prouisionem esse canonicā et etiam aliquo tempore fuisse nec requiratur modus agendi probationē pro omni tempore iam preterito deducere materiam per quaꝫ appareat prouisionem predictam certo tempore fuisse canonicam: videlicet impetrate tempore confirmationis ꝛ certo tempore non fuisse canonicam videlicet tempore confirmationis precedentis: et facit ad fundationem iuris sui: tamen siue sit siue non sit sufficiat ꝛ resultat idem effectus ad effectum dicte prouisionis obtinende. In secūdo casu obiectus adhuc clarior est. Simile ponit Joan. an. in addi. suis in prima parte Specu. ti. de teste. §. sequitur additio: que incipit: et sciendum est. Ibi nunc videndum de articulis quos causidici impugnationes appellant. Dicit enim quod si prouisus Calend. Aprilis contra prouisum Calend. Martij dat articulum in quo deducit vacationem de tempore sequen. Calend. Martij articulus est impugnatiuus: quia cum sibi sufficeret in genere sine tali temporis limitatione deducere huiusmodi vacationem si aduersarium non haberet: et quo ad fundandum ius suum: satis videtur quod hanc temporis limitationem ipse deducit ad hunc finem solum ꝛ dūtaxat vt immittat in aduersariū ꝛ eū excludat: qꝛ secundū cum nedum articulus est impugnatiuus cum per se solum consideratus impugnat ad-

uersarium: imo etiam cū adiunctus cum alio hāc impugnationem inducit alias: ff. de aqua pluui. arcen. l. si aūt plures. ⁊ de fin. l. penult. In tertio casu dico q2 aut quantū tangit dictam confirmationem petit tantū illam pronuntiari canonicā: aut etiam petit illam suū sortiri effectum. Primo casu idez quod supra. Ratio est: q2 ad hoc ꝙ dicta confirmatio sit canonica non est necessaria existentia dicte conditionis: quia etiam si conditio non sit vera canonica est confirmatio ⁊ nō operatur nisi abundantiorem cautelā et exclusionem titubationis presertim conscientie. Aut petit etiā pronūtiari ꝙ dicta cōfirmatio suum debitū sortiat̃ effectum. Et tunc dico ꝙ q2 ista pronuntiatio non est necessaria quo ad hmōi beneficiū ⁊ canonicatum ⁊ suum titulū in eo obtinendū: sed sufficit ꝙ pronuntietur prouisionem fuisse ⁊ esse canonicam. Presumendum est q2 ista petitio est impugnatiua sicut illa qua peteretur pronuntiari prouisionē aduersarij nō valere per rationes de quibus supra: ⁊ ꝑ consequēs omnia que ad eam tenderent ⁊ impugnatiua censerent ex identitate rationis. Quarto casu idē dico quia non refert: an sub verbo breui plura copulatiue an vero per diuersas orationes explicare huiusmodi plura vt ꝓbant etiam iura. Modo ista petitio includit duo. Primo ꝙ collatio ordinaria ante confirmationem non valuerit. Secundo ꝙ post confirmationem valuerit. Modo quo ad primū. c. immittit in alienū: ergo responsio patet ex dictis. Quod aūt predicta duo includit: quia aliter conditio confirmationis non esset vera nec ipsa cōfirmatio per consequens posset sortiri suum principalem effectum temporis incōpetentia me allegare non sinit. Uide ꝙ dicta distinctio quadrimembris supponit quod dicta confirmatio non inducat nouam prouisionem: sed facit valere a tempore date sue collationē ordinariā que antea non valebat: sicut econtra no. in cle. vna. de re. eccle. super ver. infectis ⁊ actis. q2 verba dicte confirmationis clare hoc habent. patens est igitur ratio differentie inter casum in quo arguebat Nico. ad casum nostrum: q2 in primo petitur ab auditore noua prouisio quam etiam petere ⁊ habere expediret si aduersarius non veniret ad causam. In secundo non petitur nisi antiqua prouisio canonizari ⁊ in primo casu non pōt obtineri dicta prouisio noua nisi doceatur de non iure aduersarij. Sed in secundo potest obtineri dicta prouisio canonizari etiam si de subcollectoria non doceatur: igitur ⁊c. Fateor tamen q2 si non produceretur cōfirmatio in casu nostro: ⁊ confiteret̃ dans de subcollectoria subcollectoriā nisi aduersarius impugnaret confirmationem dare de confirmatione esset de iure suo sed non admitteretur ad ꝓbandum per testes: ideo nihil ad factum. Item quia aduersarius semper dictam confirmationem impugnaret: igitur per no. de confes. c. j. lib. vj. fortius procederent supradicta si solū peteret se absolui ab impetitione.

De prebendis. Rubrica. Conclusio. cccccxxiij.

Supposito ꝙ Petrus impetrās ꝓtēdens se ius habere ex ꝑsona Titij ⁊ Titiū ius hūisse ex ꝑsona Guil. vigore gratie vrbane ⁊ acceptatiōis ⁊ ꝓuisionis inde secutarū petit ꝓnūtiari acceptationē ⁊ ꝓuisionē sibi factā de bñficio hmōi vt vacañ. ꝑ mortē Titij vigore gratie sue Greg. ⁊ Joānes q̄ ipetrauit a papa illud bñficiū tanꝗ̄ vacās ex ꝑsona Guil. ne ꝓducat acceptationē Titij factā post reuocatoriā dñi Greg. lz obiect9 de nō iure Titij cōtra. P. forte de iuris rigore nō sit plene ꝓbat9. tñ ius Titij actoris ipsi9 Petri ita reuocatur in dubiū ꝙ Joānes q̄ alias non haberet aperte ⁊ clare probare Titium habuisse ius nunc clarius probare habeat adeo ꝙ nisi doceat de alia acceptatione. Jo. absoluetur ab impetitione sua immo sibi adiudicabit̃ beneficium: ⁊ alle. fortius ius ar. C. de edic. adri. tol. l. iij.

De priuilegijs. Rubrica.
Conclusio. cccccxxiiij.

SI papa facit gratiam vni ecclesie in preiudiciũ alterius non obstañ. quibuscunq; sentẽtijs non per hoc videtur sublata sententia lata de expresso consensu pape: quia aliud est sententia talis sicut dicimus de pacto. c. j. de pact. lib vj. et ita not. glos. dudum de sepultu. in fi.

De probationibus. Rubrica.

Conclusio. cccccxxxv.

DIctus processus probãdus est per scripturam ⁊ ideo q̃ ad eũ probãdũ nõ debet dari remissio scd̃m stilũ nostrũ: qd̃ intellige si pars citata est vt veniat cum actis ⁊ munimẽtis ab hoie vel forte p appellationẽ a iure. Alias secus de pcura. dilectus. cum si.

¶De resti. spoliatorum. Rubrica.

Conclusio. cccccxxxvj.

IN possessorio petitorio iam suspẽso[a] in causa bñficiali cũ ord. papalem papalis reseruatio produci potest. Ratio est: q: decretũ inficit nedũ titulũ; immo etiam possessionem scd̃m omnes. Simile de renuntiatione de resti. spolia. accepta. Plus dicit dñs Nico. quo ad effectũ absoluẽdi lz nõ quo ad effectũ adiudicãdi de omni alia probatione per literas que nõ requirit discussionẽ: q: per eam cõstaret de nõ iure. Sed non sum cũ eo: q: obstante suspensione fidem nn facerent cum iurisditio ⁊ iudicium totum quoad petitorium sit in suspenso.

¶De restitu. spoliatorum. Rubrica.

Conclusio. cccccxxxvij.

IN causa bñficiali nõ põt vna pars p eo suspẽdere petitoriũ q̃ spoliatuz se dicit de vna domo pertinente ad bñficiũ de quo agit: q: illa est alia cã nõ cõmissa ⁊ pphana cuius etiã si cõmissa esset processus nõ debet aliam causam bñficialẽ impedire. per not. Dy. ⁊ re. in. nullus pluribus. in materia cumulationũ.

¶De fide instrumen. Rubrica.

Conclusio. cccccxxxviij.

AEta[b] habita in causa bñficiali per appellationẽ deuoluta contra principalẽ faciũt fidẽ, etiã cõtra illos quorũ interest qui sciuerũt causam etiam si sint tales quorũ interest: longe tamen post appellationem incepit: quia statim cũ interfuit eorum si sciebat causam agi potuerit venire ad causam. de re iudi. cum super. cum ibi notatis per Inno.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. cccccxxxix.

LIcet citatio originalis per edictum nõ fuerit affixa in locis in quibus mãdat affigi sed solũ in huiusmodi locis affixa fuerunt transsumpta publica dicte citationis: si tamẽ pars citata misit procuratorem cũ procurato-

a ¶Iam suspenso. Suspenso. i. pendente. ff. ad sille. l. ppter.

a ¶Acta. Qualiter intelligantur hec verba / acta / facta / gesta: colligitur ex glo. ff. de cura. bo. dan. l. de curatore. de offi. pcur. cesa. l. j. in prin. ff. eo. l. labeo. Et an sit differẽtia inter acta ⁊ gesta: vide do. Jas. in. l. ij. C. de edẽdo. Adde etiam qd̃ acta faciunt notoriũ s̃m Inno. i. c. ex insinuatiõe. et ibi canoniste. de appel. et est gl. in. c. significauerunt. de testibus.

rio ad causam istam spāliter in eo designatā ⁊ sub data sequeñ. dictā executionē ⁊ precedentē processum agitatū vigore executionis antedicte ⁊ procurator nō cōparuit nisi in cōclusione: nihilominus valet processus ante sui cōparitionē agitat⁹: q: verisimile est ꝙ sciuerit citationē et tenuerit se pro citato: potuit eñi legitim⁹ eius procurator vidisse in curia originalem citationē. Facit maxime si nō impugnet processus fm do. Nico.

¶ De fide instrumen. Rubrica.

Conclusio.cccccxl.

Si pars non opponit cōtra instrumentū notarij imperialis standū est ei. Nec iudex dȝ reqrere probationē notariatus litere ⁊ signi postq̄ pars nō opponit nec excipit.

¶ De consti. De sen. excom. Rubrica.

Conclusio.cccccxlj.

Ignorans constitutionē publicam lȝ improbabiliter snia excōicationis lata p illā constitutionē ipso facto quo ad deū nō ligat dūmodo id qd̄ facit nō sit alias nimis malū ⁊ maxime si peccare nō credit vt si auditor vel notarius vidēs literā remissionis non bullatā loqui in aliquo cōtra aliqua acta in margine litere scribit illud qd̄ hr̄ in actis nō recordatus ignorās de cōstitutione audient. ⁊ cōtradictarū cōtra taliter facieñ. excōicationē ipso iure promulgañ. eo ꝙ excōicatio reqrit dolū. xj. q. iij. nemo epōꝝ. nec aliter pōt infligi per statutū q: aliter esset eo casu iniustū cōtra. c. erit aūt lex. iiij. Dy. ⁊ de cōsue. ⁊ prescrip. c. fi. C. q̄ sit lon. cōsue. l. ij. probatur. de sen. excō. c. j. ⁊. c. mulieres. iuncto. c. si q̄s suadēte. xvij. q. iij. cū ecclesia iudicaret eū excōmunicatū q: talē ignorantiam nō exaudiret. xvj. dis. qd̄ dicitis. de po. c. q̄ ma. accu. po. cū in tua. cū concordā. Ideo opus est eī absolutione saltē ad cautelā ⁊c. Addit tñ do. Nico. ꝙ si talis non petat se absolui cū diligētia ligari incipit quoad deū. sicut dicimus in snia lata ab hoīe q: tūc ligat cū cōtemnit. Sed. d. Fran. cōtra ⁊ ego cū. d. F. Ratio est: q: si scit se non ligatū ergo scit se absolui nō posse ergo scit ꝙ non tenet petere id qd̄ sibi fieri nō pōt puta absolutionē ergo nō petendo nō contēnit. Scd̄o nō peccat ergo nō ligat. sec⁹ est in snia lata ab hoīe q: illa q̄s ligat re quo ad ecclesiā. Sȝ dices ita hic certe nō bene tunc diceres ꝙ statutū quo ad ecclesiaȝ nō ligaret nō cōtemnentē q: sic esset iniustum. probat. c. ij. de consti. li. vj. lȝ bene habeat iudex ꝙ ligat illū q̄ nō probat se pbabiliter ignorasse q: aliam ignorantiā non exaudit vt dixit. fa. bene not. per Pau. in proemio. in Cle. super verbo decetero. circa prin. ⁊. ff. de decre. ab ordi. fa. l. fi.

¶ De accusa. Rubrica.

Conclusio.cccccxlij.

Contra mandantē delictū fieri[a] oritur actio ex ipso delicto propter mandatum precedens non ex ipso mandato: et hoc tenet glossa. ff. de seruo corru. l.

a ¶ Mandantē delictū fieri. Et an mādans delictū fieri icludat sub dispositiōe iuris vel statuti punientis eum qui fecerit tale delictū? Vide panor. in c. mulieres. de sen. excō. adde ad materiam q̄ notat plene et subtilr̄ Bal. in. l. nō ideo minus. C. de accusa.

j.§.suadente.fa.ff.de furt.l.si quis vxori.§.nec verbis.et.l.qui seruo.§.j.eodem titu.vbi apparet q non tenetur mandans nisi postq factum est delictum: ideo reuocatio superueniens rc.impedit penam.not.de hoc de senten.excommunica.eum qui.lib.vj.in glo.Joan.andr.Ideo tenet Barto.de iniur.l.nō solum.§.si mandato meo.Ex quo concludit Bartol.q in accusatione debent describi locus r tempus commissi maleficij non locus r tempus facti mandati: et probatur sm eum.ff.vi bono.rap.l.j.§.hoc autem edicto.et.l.si vt proponis.ff.de fid.instru.In primo vcz q designari debeant locus et tps commissi delicti sto cum eo.Sed in secundo vcz q non sit de tempore r loco facti mandati puto cōtrarium:qr nedum principalis articulus censet esse impugnatiuus immo r oēs faciens ad illud maxime sine quibus alias principalis materia nō concluderet.Not.Joan.and.in titu.de teste prima parte Specu.vbi tractat de articulis impugnatiuis.Modo delictum non sufficeret:igitur qm magis operaturvel tantum mandatum sicut delictum quia omni casu mandans ex mandato delinquit etiam delicto aliter non secuto r tamen delicto secuto non mandans nunq delinquit immo ipsum mandatum opere subsecuto principaliter est illud quod obligat ipsum mandantē:ergo fortiori ratione mandatū reqrit fortiorē specificationē q delictū.ex eodē dicto cōcludunt alij q statutū infligens delinquēti penam ipso iure omni casu intelligitur etiam de mandato licet de illo non faciat mentionem:quia non ex mandato sed ex delicto oritur actio contra mandantem qd intelligunt quidā verū vbi statutum est scriptum in rem: puta quia vult clerici percussionē puniri pena excōmunicationis.sic intelligit.c.si qs suadente.iuncto.c.mulieres.r cū qs alleg.probat sm eos hec verba.ff.ad.l.iul.de adult.sec9 tn sm eos si statutū est in personā qr tunc mādans nō includit nisi ex interpretatione.alle.C.de vi.r vi ar.l.j.§.deiecisse.ff.prout.Hanc distinctionē videt posuisse Ja.de are.r recitasse Bar.ff.ad.l.iul.de adul.l.hecverba.Modo ad penas que infligunt ipso iure nō videt esse locus huiusmodi interpretationibus in statutis.ar.regule que a iure.r regule que in penis.et regula odia.cū ibi no.per Joan.and.in.q.fa.c.non solū.r.c.constitutionem.de re.lib.vj.simul iuncta.Sed dubito.qr.c.si qs suadēte loquitur in persona.Sed diceret quis.q.c.cum quis.r.c.mulieres.sunt quedā extēsiones:quod nō bene video.Ideo dubito satis r vellem declarari.

¶De offi.legati. Rubrica.

Conclusio.cccccxliij.

Conclusio q mandatum factum per legatum de prouidendo certe persone de certo beneficio tunc vacante moriente legato ante mandati execut.ipso iure expirat per.c.presenti.de offi.lega.li.vj.melius in ratione.c.si cui nulla.ij.responso.de prebend.lib.vj.in nouella.cum ibi notatis per Jo.and.in dissolutione ad.c.si super gratia.de rescript.in sexto.Idē in alio habente certam potestatem beneficia certa autoritate apostolica conferendi re integra moriente.

¶De prebendis. Rubrica.

Conclusio.cccccxliiij.

Supposito casu precedenti si ille q obtinuit mandatum a vicario dhi Pape habente potestatem conferendi beneficia deuoluta certe taxe de certo beneficio quod dicebatur

PRocessus factus per iudicē a quo est appellatū pēdente termino[a] ad dandū apostolos nō est ipso iure nullus. Et hanc opinionē tenet modo palatiū licet de tpe aliquo meo tenuerit totū contrariū. Et in opinione contraria erant dñi Uiuarieñ. P. Jambo. ꝛ Guil. gal. Sed absentāte se dño Uiuarieñ. palatiū mutauit: ꝛ hāc amplexum est. Et istā opi. tenet Jo.an. de app. vt super. li. vj. licet ille tenuerit contrariū in.c.cordi.eo.ti. Caue in primis: qꝛ nō negat quin appellatio sit legitima in vim appellationis iudicis a quo iurisditionem suspendeñ. totus ille processus quātocunqꝫ post appellationē sit nullus ꝛ qñ post veritatē cause probatā sit de facto reuocan. de sentē. excom. per tuas. cū simi. Sed procedit solū dubiū nostrū bene clare an ob hoc solū qꝛ pendente termino ad dandū apostolos factus fuit debeat dici nullus etiā si causa propter quā appellatū est nō sit vera. Et dicitꝛ ꝙ nō. Primo qꝛ separatū est illud a quo est appellatū a processu de quo agitꝛ de appel. vt debitus. ergo impedimentū vnius alteri nō nocet etiā corā eodē ꝛ inter eosdē. de testi. causamqꝫ. ꝛ.c. cū venisset. de appel. inquisitioni. ff. de mino. l. etiā. cū sua glo. C. de rapt. virgi. l. vna. ideo appellatio sup conuentione nō impedit processum reconuentionis. Ber. de appella. super eo. et Guil. in spe. recon. §. pe. in fi. Scđo qꝛ appellatio friuola vel nulla ex falso grauamine hūc processuz impedire nō debet: ergo nec eius sequela puta dicti termini prefixio. Confirmatꝛ: qꝛ appellatio in vna causa iurisditionē ordinarij in alia causa nō suspēdit. de app. ad hec. et c. cū teneamur. ꝛ.c. proposuit. ꝛ.c. pastoralis. ꝛ eo. ti. romana. §. cū vero. Sed idē esset in delegato hoc casu: ideo nō curo. Tertio qꝛ expectatiue ꝛ penden. termini id solū impedit interim fieri ꝙ prorogat ꝛ pro quo expediēdo prefigitꝛ: nō aūt alia separata ab eo q̄ nō hñt fieri in termino nec post necessario qꝛ ita intelligitꝛ l. siue pares. C. de dilationibꝰ. ꝛ.c. significante. de appel. ꝛ probatur. C. de re. credi. l. gñaliter. §. his aūt statutis. Ubi dicit text. licet absenti prefixus sit terminus in quo veniat prestitū iuramentum decisoriū litis vel illud aduersario relaturꝰ dicti termini relatiōe ꝛ pendē. nō obstañ. super alijs litis articulis ab isto iuramēto separatis pōt procedere iudex. Et hunc intellectū posuit Cy. in. l. siue pars. alleg. modo iste processus a datione apostolorū est separatus. Facit qꝛ appellās pendente termino sue appellationis recurrit ad iudicē a quo ꝛc. de app. cū teneamur. Quarto qꝛ terminus iure datus ad appellandū vel ad appellationē prosequendā ante sniam nō impedit processum iudicis. de app. nō solū. lib. vj. ergo nec terminus hois ista eq̄parando. ar. j. de app. c. personas. ꝛ se. ꝛ cle. quāuis. eo. ti. Quinto qꝛ extraiudicialis actus vt appellatio non vitiat per se nec extra sua pendentia iudicialia si als licite fiant. de elec. cū inter. ꝛ.c. cōsideravimus. C. de rei ven. l. si fundus. ꝛ no. Inno. de ma. ꝛ obe. dilecti. de his q̄ fi. a ma. par. c. j. de app. constitu. §. responso. Sed talis

a ¶ pendente termino. Termini appellatione q̄d veniat: Bar. i. l. iij. ff. de annu. lega. Et an dies datiter mini cōputentꝛ in termino: plene p doct. in l. j. ff. si quis cautio. per cano. in. c. pia. de excep. li. vj. et i. c. freq̄ns. de rest. spo. eo. libr. panor. i. c. sup eo. ij. de appella.

termini prefixio est act⁹ extraiudicialis. Probo qꝛ eã põt facere vn⁹ de plurib⁹. vt cle.j.de app. qđ al's nõ posset. ff. de re iudi. l. duo ex trib⁹. Tẽdit em̃ ad hoc ꝙ iudex a quo suã iurisditionẽ perdat si nõ det ⁊c. de app. cordi. c. vt super. ⁊ c. ab eo. lib. vj. Sexto qꝛ appellato iste terminus nõ est prefixus ⁊ cũ eo solo põt procedi. de do. ⁊ cõtu. eũ q. lib. vj. ergo cũ appellato nõ impedit̃ processus qꝛ ratio nõ apparet maxime qꝛ appellãs interim etiã põt procedere corã iudice ad quẽ appellauit illo termino pẽdente qꝛ alias nõ cõputaret̃ in fatali ergo de appel. ex rõne ⁊ tñ computat̃. ar. de app. sicut appellationẽ. in cle. ⁊ cle. q̃uis. eo. ti. ab eo. ar. regule nõ licet actori. li. vj. Septimo hoc videt̃ probari per decre. vt sup. ⁊ decre. ab eo. alleg. qꝛ ponunt tria tpa. Primũ de negatione apostoloꝝ. Scđm negligentie. Tertiũ qđ procedit. De duob⁹ primis disponit Inno. dicẽs ꝙ perdit iurisditionẽ iudex a quo denegans vel negligens instãter ⁊ debite reqsitus. De tertio nõ disponit ergo relinquit̃ priori dispositioni. C. de testa. l. sancimus. de appel. precipim⁹. in fi. ⁊ ar. sumptũ a cõtrario. Confirmat̃ qꝛ dictio tunc posita in. c. vt. s. notat tpis extremitatẽ. ff. de condi. ⁊ demon. l. iiij. in fi. sic ⁊ dictio: nã vt ibi no. de cõsti. ex literis. de app. l. super. co. ij. in fi. ⁊. c. ad aures. ⁊. c. cũ speciali. ver. excessu quoq₃. de sacra. vnc. c. vno. §. vnde in veteri. de appel. quã sit. li. vj. de preben. tibi. in fi. eo. li. cũ si. ⁊ per consequẽs processus valet ante. arg. a cõtrario sensu qđ est fortissimũ. ar. xxv. dis. qualis. de regu. cum virũ. cũ concor. Octauo qꝛ nõ reperit̃ prohibitũ ergo. de transla. inter de deci. ad audientiã. de verb. sig. cũ in partib⁹. cũ concor. Nono per decre. nõ solũ. qua cauet̃ processum factũ post appellationẽ a grauamine ante inhibitionẽ vel institutionẽ nõ reuocari ⁊ tps includit dandoꝝ apostolorũ. Decimo ꝙ factũ denotat intentionẽ tm̃ sicut verba immo qñq₃ plus. ff. de edic. eden. l. si tñ. §. ei q. ff. de legi. l. de qb⁹. Nã causa probat̃ per effectũ. xij. q. ij. quatuor no. xxij. q. v. cauere. j. q. j. cũ oẽs. Ideo facta qs appellat. de appell. dilecti. ibi cũ corpore. Et iudex facto partẽ grauat ⁊ precedens videt̃ obstan. exceptiones tacite remittere. de app. ex parte. iij. no. Spe. eo. ti. §. qualiter. ver. Itẽ ꝙ faciat iudicẽ ⁊ facto appellationi renuntiat̃. de offic. deleg. gratũ. ergo eodẽ modo facto appellationi nõ defert̃ ergo videt̃ velle appellationẽ remittere licet verbaliter hoc nõ dicat sed postea dicit ad instructionẽ superioris id qđ põt appellãs eoipso intelliget̃ per predicta. Hanc opi. tenet Pau. q hanc conclusionẽ solẽniter disputauit per premissa motiua. Addo ego casum in terminis. in. c. ab eo. alleg. ij. responso. Et miror ꝙ Pau. non ponderauit: qꝛ decre. ab eo. declarat id qđ dictũ erat in. c. vt super processum nõ dãtis apostolos extunc nullũ fore solũ debere intelligi in duob⁹ casibus vz cum recusat eos dare vel cũ nõ dat infra tps negligẽter id omittendo: ergo dictũ. c. vt super. in altero casu tertio puta cũ recusat nec negligit ⁊ tñ nõ reperit̃ alius tex. annullans processum nisi ille: ergo ⁊c. Per premissa faciliter rñdetur ad oia contraria que ad contraria mouere possunt. Et si vis specifice videre: videas Paul. in disputatione predicta ad cle. q̃uis. in fin. que videtur dicere ꝙ demum post datos apostolos aut denegatos vel negligentiam potest procedere appellans super sua appellatione. Sed intellige illud subaudi iudice a quo requisito sed quando antè possit non negat Joan. de ligna. de appellatio. dilectus. Distinguit an dederit potestatem postea apostolos irreuocabiles: an vero refutatorios vt primo casu non valeat processus interim factus: et ita seruetur opinio Hostien. Secundo casu valeat processus: et ita seruetur opinio Joan. andr. Sed non bene video quin etiam primo casu processus per rationes primo factas licet vltima ratio forte non vigeret hoc primo casu. Nec ibi tanta equitas est sicut in secundo. Intellectum Cyn. ad. l. sicut pars. allega. quam allegaui. supra. in tertia ratione ponit dominus Bartol. ff. de re

iudi.l.§.in vltima.q. addens etiã in cõnexis & aduersantib[9] procedi posset dilatione nõ obstãte si causa dilationis iã cessaret.vt si habuisti.x.dies ad veniẽdũ & venisti prima die sequẽ. diebus in oībus procedi poterit. Idẽ dedit iudex terminum.x. dierum ad dandum apostolos & prima die dat apostolos refutatorios. Pro quo alle.casum.l. nobilẽ.ff.ad.treb.l.a filia.§.si.pro quo.ff.de sta.libe.l.iij.§.stichus annua.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxiij.

Processus factus per iudicẽ a quo est appellatũ ante sniam post inhibitionẽ iudicis ad quẽ nedũ est reuocãdus per modũ attentati nec.c.nõ solũ.de appel.lib.vj.immo est etiã ipso iure nullus: qz nõ est dubium talis hoīs inhibitio suspendit iurisditionẽ iudicis a quo.fa.no.Inno.de testi. Raynaldus modo facta a tali iurisditione suspensa nulla sunt ipso iure.de sen.excom. per tuas.&.c.lz.eo.ti.li.vj.& de dolo.c.veritatis.in fi.cũ ibi no.in.d.c.Raynaldus.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxiiij.

a ¶Processus nullus. Quãto tpe duret nullitas processus:& qualr pnuntietur sup nullitate iudicij.vi de Abba.in c.cũ oliz.de re iudic.

a Processus nullus[a] in casu cõclusionis supra pxime p superuenientẽ renuntiationẽ appellãtis factã de appellatiõe sua & oib[9] ide secutis nõ reuiuiscit p regulã ab initio.&.c.auditis.de elec.cũ cõcor.& presertim qz pdicta regula indubitãter locũ habet quando validitas nõ pẽdet solum a cõsensu ratũ habere volẽtis. per not.Inno.de offi.deleg.prudentiã. et Ioan.and.in regula rati: & regula ratum: in conclusionib[9] ibidẽ per eã disputatis. Modo hic procedit nullitas ex alio ex defectu cõsensus puta ex iurisditionis suspensione ergo &c.probat: qz licet renuntiaret tũc sue appellationi: nõ per hoc sequit vellet processum valere in sui preiudiciũ q̃ ante nõ valuerat qz in sui preiudiciũ q̃s non videt velle tacite consentire.ff.de furt.l.qui vas.§.vetare.&.C.de procur.l.inuitus.& maxime qz nec cũ eo nec eo noie fuit ille processus factus.ar.c.eũ q̃.de do.lib.vj. Sed secus si reuera fuisset appellatũ legitime & nõ inhibitum sm aliquos tñ appellatio qñ renuntiatur habet pro nõ facta etiã retro.vt.ff.de his q̃ no.infa.l.furti.§.j.in fi.tñ qz non põt ammodo pronuntiari bene appellatũ. Et idẽ est iudiciũ de his q̃ non sunt &c.ff.de cõtrahẽ.emp.l.in lege.&.l.rup.polla. Sed credo de contrario esse in ratione casum expressum.in.c.lz de sen.excom.li.vj.& fa.& probãt oĩa allegata in sua conclusione supra proxime pro quo vt dissoluat.l.furti.§.j.in fi. Sciendũ est inter ea q̃ sunt a sui principio nulla oĩno & ea que non sunt nulla omnino sed sunt in suspenso propter incertum euentum futuri casus est longa differentia. Nam in primis nullo modo põt locum habere ratificatio nec reminiscentia nisi superueniat causa sufficiẽs de nouo producenda in esse. Sed secus in secundis prout ista clarissime ex no.Innocen.in.c.prudentiam alleg.& glo.not.in regula rati: & in regula ratum.

alleg. et Dy. in regulis predictis et regula q ab initio. Modo cōstat q snia et infamia q̄ dicit effectus ipsius finē ab initio non est ex toto ipso iure nulla: nec per appellatonē ex toto extinguit sed potius ponit in suspenso propter incertitudinē futuri euentus et tn̄ facta per iudicē post legitimā appellationē suspensam nulla sunt a sui principio et ex toto nulla. c. per tuas. alleg. igitur et c. Dico em̄ secūdo q licet directe vigore appellationis de viribus appellationis cognosci nō possit vt super ea pronuntiet cognosci pōt de hoc incidēter ad effectū pronuntiandum super nullitate dicti processus. ar. c. iudicis. l. quotiens. et. C. de ordi. iudi. l. adite. et probat in. d. c. licet.

¶ De probationibus. Rubrica.

Conclusio. ccccccxxv.

a Si habui semel remissionē[a] ad probādū per testes in causa et iudices pcesserunt primo ad executionē nulliter. tūtum qz non ipsi sed quidā notarij simplices ex eorū cōmissione cōtra. c. statutū. §. j. de rescrip. lib. vj. ad hmōi testiū receptionē processerūt: tum quia pars nō fuit vocata ad hmōi receptionē. Et post hoc melius cōsultus supplicaui eisdē iudicibus q cū ex causis predictis nulliter processissent. Iterū vellēt procedere ad aliā receptionē per seipsos et parte vocata. Et illi dixerūt q nollent nec propter iustum metū auderent pro ea q causa erat cōtra vnū familiarē archiepi Colonieñ. in cui⁹ districtu ipsi erāt q̄ super hoc scripserat eis et ego hec proprie exponēs optimū q si cōstaret de dicto metu daretur alia remissio: nō exigit in probatione dicti metus arta probatio qz voluntas solū iudicū alias forte sufficeret. Et qz ex metu directe in principali nō agit nec oportet q sit metus mortis vel cruciatus corporis: aut amissionis partis bonorū qz etiam propter minas iudicis a iudicando se excusauit. vt. ff. de arbi. l. licet. in fi. et de vaca. mu. l. pe. §. ii. in fi. ff. de iudic. l. si longius. in fi. primi responsi. et. ff. quemadmo. testa. ape. l. sed si q̄s. Et certe multū bene probaret tunc metus si deponerent tunc testes super hoc producti q consueuit in consimilibus casib⁹ violentias iniuriasq inferre in. l. in bonefidei. in prin. ff. de rei ven. et. ff. cōmo. l. argentū. Et si constaret q dictis iudicibus minatus esset de predictis archieps antedictus. per. l. metū. cū gl. sua. C. q met. cau. Faciunt notata glo. C. si q̄s imperatorū maledix. l. vnica. Et ita not. d. Bar. ff. de oper. no. nuntia. l. si quis ipsi pretori. v. q. Et qualiter ex precedentib⁹ minus presumit actus sequens. Uide not. Cy. in. l. metum. et. l. vna. C. si q̄s impera. maledix. alleg. immo dominis videbat q si testes deponunt in partibus q pro aliqua re mundi nō pcederent si essent in statu illorū iudicū pter iustū metū archiepi hoc satis sufficit: q hoc casu nō requirit vt dixi arta probatio. Et qz presumit q ipsi sciant cōsuetudinē illi⁹ archiepi tāq notoriā et ideo sic deponūt: talis em̄ cōsuetudo in talibus factis publicis nō pōt esse nō notoria. ar. de trāsla. c. quāto. Caue tn̄: qz dicta cōstitutio ad ius cōmune nihil addit sed poti⁹ forte cōtra ius cōe quodāmodo ad metus

a ¶ Remissioné. Quid sit remissio: q̄ sint cōsiderāda in remissione facienda: q̄b⁹ casib⁹ fit remissio: et q̄liter et q̄n fieri debeat: videas Spe. tit. de remissio. §. j. ij. iij. et. iiij.

probaitonē artare videtur. Hinc est ꝙ si alias denegāda foret de iure remissio altero forsan de duobus casibus vtpote vel quia testes omnes qui possunt produci coram notario publico simplic vt premittitur deposuerunt totum contrariū eius quod probandum est. Suntqꝫ eorū depositiones per producentē petentē alia remissionem producte in actis ꝛ sic ꝙ ex hoc insurgit contra eum maxima presumptio de nō iure suo per.c.tertio loco.de probatio seu in eius causam: vel quia ꝙ non bene sed male et nulliter processum fuit nō processerit ex facto vel culpa iudicum sed potius ex facto et culpa partis certe de iuris rigore dicta cōmissione nō obstante adhuc dicta remissio deneganda foret ſm casum: intellige nisi dum rursus petierit a iudicibus ꝙ iterum bene procederent flurum non dum esset tempus sed restaret tantum ꝙ procedere possent qꝛ illud residuum temporis non fuerit auferendum sibi vt regula indultum.lib.vj. cum concordan. Et hoc dummodo se minus artauit. Nec ob.l.fi.§.sed et si quis.ff.si quis cau. De primo casu caue ne possint subesse alie probationes: quia de iure probatio probationē fiendam non excludit: nec propter presumptam calumniam facile repellitur quis a probando.not.Jo.mo. de here.c.filij vel heredes.lib.vj.

¶ De consuetu. De priuile. Rubrica.
Conclusio.ccccccxxvj.

Appositis tam de iure ꝙ̄ de consuetudine ꝙ vnusquisqꝫ auditor palatij [a] sibi habeat idoneos notarios eligere licet vicecancellarius eos habeat examinare ꝛ approbare saluo ꝙ dum nouiter creatur auditor do. vicecancellarius alium loco illius etiam per modum surrogationis pōt auditori presentare. Nā cum huiusmodi consuetudo sit contra ius est restringenda ꝛ tenenda in suis terminis. Modo si aliud diceretur extēderetur igitur arg.ff.de actio.ꝛ oblig.l.in onerarijs.§.sed cum recisa. ꝛ regula que a iure.cum concor. Probatur fortius ꝙ si id de quo minus videretur inesse inest ꝛ id de quo magis vt.ff.solu.matri.l.si vero.§.de viro.aut.multo magis.C.de episco.ꝛ cleri.tamen in materia communi non restringibili de natura sua nec ex verbis restricta tempus ex mente iuris intelligitur solum de primo ꝛ non trahitur ad sequens vt patet concor.alle.ad hoc per Joan. and. Joan. mo.ꝛ Archi.ꝛ aliorum de preben.non potest.§.j.lib.vj.et.c.ꝙ̄uis eo.titu. Modo hoc casu cōsuetudo est artata ad vnum de primis ꝛ ad tempus.igitur: et maxime vrgent ista: quia hec consuetudo non loquitur nisi de tempore certo videlicet dum est nouus auditor ꝛ nouiter factus igitur ad aliud tempus nō debet extendi vt l.inter illam.in prin.ff.de verbo.oblig.ꝛ.l.hec conditio.ff.de cōdi. et demon. Facit quia abhorrent ꝙ dispositio nude et simpliciter loquens infinitatem importet.ff.de lega.iij.l. fideicommissa.§.si quis ex.de rescript.cum in multis.lib.vj.cum concordā.xj.ibi alle. lega.in glo. de preben.is cui.§.j.ꝛ.ij.eo.lib. Et pro hoc optime facit not. Archi.de fil.presbyte.c.ij.in fi.lib.vj. quia licet Joan. and. sit contra vt plene per eum ibi et c.non potest alle. tamen opinio

[a] Vnusquisqꝫ auditor palatij.
Nota ꝙ auditores i curia romana vocant auditores sacri palatij q̄b9 cause cōmittunt a papa vel vicecancellario: ꝛ vt plurimū cause minores vel deuolute ad sedē apostolicā p decretalez statuimus. de elect. lib.vj.

Archi.hodie approbatur ab omnibus tanq̃ vera. Sed oppones primo de hoc qđ no.Jo.mo.de verbo.signi.lib.vj.in conclusione que incipit sed cum vero ep̃s haberet indultum: vbi dicit ꝙ si episcopus habet indultum cũ temporis prefixione ꝙ quatuor clerici suis officijs insistentes gaudeant de fructibus suorũ beneficiorũ ⁊ illos quatuor elegerit ⁊ tamẽ vnus cedat vel decedat ante prefinitum tempus nihilominus potuerit alium ep̃s surrogare qui dicto indulto gaudebit.per.l. sicut in annos.ij.respono.ff.qui.mo.vsufru.amit. et induco pro eo.l.iij.§.ꝙ si quis ita. ff.de suspec.tu.que bene facit pro hoc etiam alle.Jo.an.ff.de leg.iij.l.si ita fuerit.et ff.de fun.instru.l. si mancipia.⁊ decre.quia circa:de priui.cum concor.ibidem alle. Secundo de eo quod notat Jo.an.an priuilegiũ de quo loquitur.c.sicut.alle.locũ sibi vendicare possit in familiaribus tempore priuilegij nõ receptis sed postea recipiendis ac etiã in beneficijs tempore priuilegij nondum adeptis sed post datã priuilegij adipiscendis in gratia videtur ibi fieri dignitati episcopali que semper durat.Allegat no.sua de rescrip.c.fi.lib.vj.super tertia glo. Modo etiam in proposito agimus de priuilegio consuetudinario dignitatis officij in cancellaria presidẽt.Tertio oppones de regula is qui in ius.de reg.iur.lib.vj.cũ omnibus suis cõcor.Pro quorum duorũ contrariorũ solutione est sciendũ ꝙ duo sunt genera priuilegiorum inter que est differentia longa.Nam quoddã priuilegiũ reperitur forte quod nõ habet temporis extensionẽ nec effectuũ multiplicationẽ sed momentanee ⁊ per vnum actũ suum vnicũ effectũ licet durabilẽ producit in esse.Et tunc priuilegiũ effectu huiusmodi producto consumitur licet effectus perseueret. Exẽplũ patet in gratia expectante beneficiũ vacaturũ de offi.deleg.ex parte:⁊ de preben.si clericus.lib.vj.⁊ patet per ea que no.post Hostiẽ.de rescript.cũ in multis.lib.vj.in vlti.glo.Patet exemplũ in patre filiũ generante. Et ita intelligitur ſm vnũ intellectũ.c.j.in fi.de fi.presby.lib.vj.et.c.non potest.§.j.alle. Nec in istis oportet loqui an habeat locũ surrogatio:qr postq̃ priuilegiũ est consumptũ nõ potest amplius effectũ producere vt probant supra proxime alleg.Aliud vero priuilegiũ reperitur quod non est sui effectus productione momentaneũ sed extensiuũ:non dico quin nude in momento producat effectũ perfectũ. Sed dico pro eo extensiuũ qr ex verbis ⁊ mente vel continuo potest producere effectũ suũ:vt si dono tibi vsufructũ bonorũ meorũ donec vixeris licet interim capi.diminutione vel alias perdideris rehabebis qr ad quodlibet momentũ vite tue tibi donatus est vt dicta.l.sicut in annos.§.j.Uel volo qñcunq̃ eris in Italia sis tutor filiorũ meorũ.Idẽ vt.ſ.⁊ sic de similibus:⁊ de his casibus surrogationi locus est.Et ita loquitur.§.ꝙ si quis ita. l.si ita fuerit:alle.Modo ita est in casu per Jo.an.modo supra not.Idẽ etiã in casu no.per Jo.an.videlicet in.c.sicut. Primo em̃ casu priuilegiũ habet vnũ certũ tempus sibi prefinitũ.⁊ per totũ illud debet sortiri suum effectũ ergo oportet fateri ꝙ surrogationi locus sit.c.sicut lз nõ habeat certũ tẽpus tñ habet tẽpus incertũ puta ad vitã priuilegiati postq̃ aliud nõ dicitur ⁊ põt ⁊ debet illud priuilegiũ sibi cõtinuo operari maxime qr naturã beneficij habet ⁊ nemini preiudicat.vt.c.qr circa. de priuile.cũ cõcor.ibi no.Modo in casu nostro nõ est priuilegiũ habẽs naturã beneficij imo est ius iniquũ alteri preiudicãs ⁊ obuiãs iuri cõi: igit̃ nõ põt argui de illis casibus ad casum istũ.Itẽ illud priuilegiũ.c.sicut loquit̃ per verba cõfusa extẽsiua vt per verbũ põt nõ respiciẽtia certũ tẽpus. Ista vero cõsuetudo de qua hic agitur loquitur per verba certa vз de primo ⁊c.⁊ cõcernit certũ tẽpus. Et isto modo dissoluit glos.c.porro.ad.c. qr circa.et per aliũ modũ supra proxime dictũ soluit ad.c.cũ in tua ⁊c. Itẽ cõsuetudo de qua loquit̃ respectu cui⁹ auditor producit effectũ vnicũ momẽtaneũ puta in primo notorio ⁊ in illi⁹ ꝓductiõe quo ad illũ auditorẽ expirat qr nõ hз aliud tp̃s certũ vel incertũ respectu auditoris illi⁹ p̱ qđ extẽsiue ⁊ ꝓductiue operat̃.Et ita iura alle.nõ obstãt:imo magis gr.sumpto.a contra.

pio quod est in iure fortissimū probāt contrariū ar. xxv. di: qualis:
cum si. Nec obstat regula is qui in ius: cū concor. quia licet dicat
surrogatus cens. eodem iure &c. tamen nō dicit ꝙ ideo ꝙ quis po-
test primū facere ꝙ possit ꝓpter hoc surrogare. Pone enim ꝙ pa-
pa dat potestatē regi frācie qui ꝑ tempus fuerit ad nominandū
ad primas duas p̄bendas post suam coronationē in ecclesia pari
siensi vacaturas duas personas idoneas dicens ꝙ si semel nomi-
nauerit duas personas ad duas p̄bendas ꝙ in perpetuū possit
in infinitum surrogare: certe nullus sane mentis hoc diceret.

¶ De consuetudine. Rubrica.

Conclusio. ccccccxxviij.

Uxta thema conclusionis supra prime suppo
sito ꝙ prefatus dn̄s vicecancellarius ab
vno vel a duob⁹ annis citra vsus fuerit iure dicte sur
rogationis solū trina vice & solū in personis triū au
dit. & postea in persona alterius quarti auditoris ac
cidat casus dicte surrogationis fiende non propter
hoc debebit in casu predicto vti sua possessione predicta contra di
ctū aliū quartū auditorē contra quē nunꝙ̄ al's vsus fuit qr in iu-
ribus concernentibus vt singulos non vt vniuersos factū vnius
alteri non obest vt in. c. cū omnes. de constitu. in fi. j. glo. & ea que
leguntur & notantur de re iudic. c. q̄uis. & l. sepe. eo. titu. de pluri-
bus heredibus. s. quando sentētia cōtra vnū lata alteri nō obest.
Nec ob. c. dilecti. de offi. archi. quia in hoc iure competenti cuili-
bet auditori & diuisim non potest notari casus. c. dilecto. quia. c.
dilecto. loquitur in vna antiqua consuetudine iā prescripta. Nos
autem hic loquimur in recenti possessione et in certa prescriptio-
ne impedienda. modo vt no. Inno. in. c. dilecti. alias dicta exten-
sio locū non habet in possessione vel prescriptione. Probant opti
me no. Innocen. in. c. tua nobis. de deci. in fi. Sed in consuetudi-
a ne sola que biennio non inducitur ꝗ s̄m omnes. Itē locū non ha
bet dicta extensio etiam in consuetudine nisi in maiori parte ca-
suum similiū fuit obseruata. no. Inno. in eo. c. dilecto. ꝙ non fuit
hic obseruata nisi in tribus. Item quia locū non habet dicta ex-
tensio in consuetudine onerosa que est contra ius s̄m eundē In-
nocen. in dicto. c. dilecto. et tamen ista obseruantia esset auditori-
bus onerosa et est contra ius vt de se patet. Item quia non habet
locum dicta extensio in iuribus per alium possessis s̄m Innocē.
in dicto. c. dilecto. & tamen hic alij possidebant videlicet alij audi-
tores ista iura. Preterea ex alio capite nō potest iuuare dicta pos-
sessio quia si in his que per eundem possidentur non nocet alte-
rius occupatio nisi in occupatis: vt. ff. de acquir. pos. l. quod mo-
do in fine. Fortius in his que per alios possidentur. Preterea si
collegij iura predicta competerent tamē collatio ignoranti fact.
illorum trium obesse non potuit. Item habet locum cum tūc cla-
re. l. ꝙ in eo. in fine. alleg. modo. Caue tamen: quia licet suppon̄a
dictam trini actus possessionem: tamen nō pono eam veram sed
sine preiudicio causa disputationis et veritatis eliciende: quia
pretenditur per dominum vicecancellarium eam suppono: vt b
etiam supposita ea appareat de nō iure ipsius. Nec obstat quod

a Biēnio nō inducit. Quāto tp̄e firmet cōsuetudo: et an obtineat vim legis: vide C. q̄ sit lōga cōsue. l. ij. & i sum. cō. d. ti. qō. ccvj. et ccvij.

trinus actus bene inducit consuetudinem. per.l.ij.C.de episco, audien, Et requiritur etiam tempus vt.c.quanto.in fin.de consue.cum ibi nota.

¶De testibus. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxviij.

Cardinali soli contestan. alium nō habenti nō creditur in causis tanq̄ testi, extra de testi.c.licet vniuers.cum ibi no.in vlti.gl.et super ea saluis in casibus in quibus dicto domini Cardinalis de stilo curie [a] credit. Super quo notat, Jo.an.post.Hosti.de appella.constitutus.super versi.assertionem: et not.per Archidia.et post eum per Joan.and.in nouel.de elect.;vt circa.li.vj.super versi.factū: et etiam ibi not.de hoc, Innocen.et etiam Joan.and.super glo. ij.et Joan.and.de testi.cum a nobis.et Hosti.et Joan.and.post eum de fide instru.q̄ super his.vide omnino conclusionem.

¶De testibus. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxix.

Nulli etiā si esset romane ecclesie cardinalis credit tanq̄ testi.l.iurisiurādi.extra de testi.c.tuis.et c.nuper.cū ibi notatis.et.c.at si xp̄s.eo ti.

Conclusio.cccccccxxx.

Licet dominus vicecācellarius etiā romane ecclesie cardinalis quo ad effectū expeditiōis literarum super gratia confectarum pro informatione super narratis dictarum literarum de pape mandato et ex commissione speciali testes reperit iuramenta eorū etiam si opus sit dicere parte vocata receptio huiusmodi coram auditore cui causa super eisdem literis post committitur inter partes postea iuris ordine procedēti non facit fidem seu probationem plenam. Ratio quia ad alium finem procedebatur tunc qui minus erat principalis et preambulus. Ad alium vero finē et principalem modo agitur et super hoc videtur text.extra de testi.veniens.c.cum in tua.c.causamq̄.c.constitutus.et.c.ea.l.fin. cum si. Et maxime quia dicti testes lite non contestata nec habito processu producuntur extra vt lite nō cōte.c.j.ij.respōso in rubro et nigro. Itē q: id casu in quo summaria pbatio est sufficiēs.

Conclusio.cccccccxxxj.

Si etiam tales attestationes valerent tam ē soli relationi vel sigillo domini cardinalis vicecancellarij super eis nō adhiberet plena fides.p.c.quoniā contra falsam.de proba.cū si.

¶De prebendis. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxxij.

Supposita noua domini nostri Gregorij pape.xj.moderni cōstitutione que habet quodvt honori dominorum cardinaliū deferatur gratie facte p papā de beneficijs vacantib[9] [b] p cessum vel als familiarium dominorū cardinalium de familiaritate huiusmodi

a ¶De stilo curie. Nota q̄ stilus romane curie multū attēdit maxime in scriptis. extra de falsa. c. q̄ graui, et de cōfir. vti. vel inuti. c.peñ. Adde q̄ stil[9] curie facit ius: et pōt allegari in decisionibus causarū si ius nō reperitur. pa. nor. in.c. ex literis. de cōsti. in. ij. col.

b ¶De bñficijs vacantibus. Nota q̄ bñficia de

mentione nõ facta tanq̃ concesse per inaduertẽtiã pape sunt sur
reptitie ⁊ nulle ipso iure ⁊ ꝙ moriente quodã Roberto familiare
domini cardinalis Cãtuarieñ. nuper etiam defuncti: eodẽ tñ car
dinali viuente: adhuc Jo. beneficiũ quoddam vacans per morte
dicti Roberti impetrauit a papa de dicta familiaritate mentione
non facta tamen ante huiusmodi impetrationem prefatus dñs
Cardinalis consen sit dicto Jo. ꝙ ipse dictum beneficium impe
traret. Sed noluit ꝙ de dicto cũnsensu fieret mentio in supplica
tione pape porrigenda. Queritur vtrum dicta gratia Jo. sit surre
ptitia ⁊ nulla ipso iure. D. Frã. Rober. Galhar. ⁊ Bernar. dixerũt
ꝙ non. Ratio eorum est quia quando lex habet certam rationem
finalem annexam presertim in ipsa. l. expressam cessante ratione
legis cessare debet. l. allegant do. Fran. pro casu. ff. de fu. l. j. §. non
tamen omnes. Hoc tenuit Dy. in regula certum est. de reg. iuris.
lib. vj. p. l. adigere. §. Quis. ff. de iure patro. ⁊ de re mili. l. milites.
circa prin. ff. qui pe. tu. l. videndum. circa principium de excu. tut.
l. scire oportet. §. aliud. cum iuribus allegatis. ⁊ per glo. no. ⁊ Jo.
mo. alle. De quo etiam per Pet. de bel. pertica. C. de legi. l. non du
bium. ⁊ ibi per Cy. in secunda oppo. ⁊ in prima conclusione. Ad
didi huic rationi quia hoc quod dictum est locum habet tũc ma
xime cum lex talis est specialis et exorbitans a iure communi vt
hoc dictum posuit Joan. an. de renun. post translationem. Pro
batur. C. de epis. ⁊ cle. aut. generaliter: vt. C. de resti. in inte. l. fina.
Modo ista constitutio domini pape est specialis ⁊ exorbitans et
habet rationẽ scriptam et specialiter in ea expressam videlicet vt
in hoc dominorum cardinalium honori deferatur. Modo volen
ti et consentienti non fit iniuria neq̃ dolus. C. de transac. l. dona
tionis. et regula scienti. lib. vj. cum concor. Sed do. Nico. Guil.
Benedictus et ego eorum omniũ minimus fuimus prima facie
in opinione contraria. Rationes mee fuerunt tales. Prima fuit
ista: quia ponderabo hic duas fuisse rationes in cõstit. expressas
papam mouentes ad ita declarandum vel ordinãdum: vna pro
xima et immediata videlicet ꝙ concessio facta per eum de benefi
cio per primam. c. fraternitatis familiar. ⁊c. nõ facta mẽtione de
familiaritate censebatur facta per inaduertentiã ⁊ ita contra mẽ
tem suam. Et ista fuit causa vera proxima ⁊ immediata ⁊ finalis
et per consequens attendenda per. l. penul. ff. de cõdi. ob tur. cau
sam. ⁊. ff. de dona. l. j. Alia fuit ratio impulsiua ⁊ remota: videlicet
vt honori dominorum cardinalium deferatur quo ad hoc: et ista
cessante et alia remanente adhuc remanet constitutio et videtur
ar. ff. de ppstu. l. j. §. sexum. Modo subijciendo minorem huius ar
gumenti non potest notari aduertentia pape ex vi dicti consen
sus adhibiti id occulto existentia ipsi pape non notificata. Cum
ergo ad tollendum huiusmodi aduertẽtiam requiratur talis ex
pressio. ar. qui ⁊ a qui. li. ma. non fi. l. prospexit. de preben. c. si mo
tu proprio. in fi. lib. vj. Confirmabat hoc dictum Nico. q: verisi
mile est ⁊ valde possibile ꝙ papa in hoc cõsiderauerit nedũ cõsen
sum cardinalis sed etiã fauorẽ familiariũ ipsius cardinalis: quia
Romane curie etiã seruire videntur reductiue. Cõfirmabã aliter
q: ⁊ possibile ⁊ verisimile ꝙ ꝙ papa voluerit sibi specialis reseruas

gnitatis vel
personatus
vacãtia i cu
ria romana
nõ pñt ɔfer
ri nisi p pa
pam vsq̃ ad
mẽsem. post
mẽsem vero
illi ad quos
pertinent p
seipsos tãtũ
vel ipĩs agẽ
tib⁹ i remo
tis per vica
rios qb⁹ hoc
sit cõmissuz
extra de pre
bẽ. c. ij. ⁊. iij.
et. c. ɔsenti. ⁊
c. si aplica.

rē dispositiones beneficiorū taliū familiariū etiā ꝓpter se pro eo etiā ꝙ se reddidit cōiter faciliorē & prōptiorē ad eos ꝙ̄ alijs meli⁹ et pinguius. in beneficijs prouidēdū sicut videmus de officialibus & capellanis pape & similibus licet hoc clarius procederet si huiusmodi cōstitutio huiusmodi beneficia reseruaret sꝫ licet nō reseruet plus facit quia reseruationi dictam specialitatem addit. Predicta tamē ratio impugnabat a domino Fran. dicebat enim ꝙ licet hic notent duas rationes videlicet honorem cardinalis & inaduertantiam pape: tamē vna dependet & sequitur ex alia videlicet inaduertentia ex dicto honore &c. ergo tantū videtur vna ar. ff. pro dona. l. vl. & ff. de noua. l. si enim. cū si. Sꝫ pōt dici ꝙ si cōstaret ꝙ dicta causa prima esset finalis & sola dicta euasio esset tolerata. Sed hoc non cōstat nec supra hoc forsitā presumendū maxime scđm illos qui dicunt ꝙ causa in dubio presumitur impulsiua: vt not. Accur. de dona. l. ij. §. vlti. ff. & Dy. in regula decē. li. vj. licet aliter notet Joā. mo. de scisma. c. fi. in fi. vltime glo. et aliter post Pe. Cy. C. de epis. & cle. l. generaliter. Et aliter Joā. an. in. d. c. post translationem. super glo. arg. est in fi. Preterea aliqua dicta sunt propter que forte tollitur presumptio que haberet dictam causam solā fuisse finalem. Preterea hec obiectio do. Fran. tollit clarissime per rationem proxime sequentem. Secunda ratio mea fortior est ista: quia licet honor & cetera esset & presumeretur sola causa finalis huius constitutionis tamen propter talē cōsensum ipsius cardinalis secreto adhibitum non tollitur dicta causa nec cessat. Igitur propter talē cōsensum non cessat constitutio: patet argu. quia verba constitutionis sunt clara & eis standū est mēte non resistente nec ratione cessante. ff. de exerci. l. j. §. si is qui nauem. et. ff. de leg. iij. l. non aliter. & d. l. prosperit. Probatur antecedens. hic enim duo ex parte cardinalis cōsiderare debemus: puta commodum & honorem. Commodum in hoc consistit quia de talibus beneficijs obtinere poterit a papa sibi vel suis nepotib⁹ cōsanguineis familiaribus notis vel amicis prouideri qui sibi tenebuntur ac libentius tenebātur. Honor est in hoc quia talis notabilis expressio est honorabilis cardinalis. arg. ff. de iniur. l. itē apud. §. ait pretor. et de preben. quāuis. lib. vj. de elc. statutum. de sen. excom. ꝙ̄ periculosum. eo. tit. lꝫ exceptio cōmodi tollatur per dictum consensum non tamen tollitur exceptio honoris &c. facit stilus curie[a] qui habet pro magno honore quarūdam personarū pro alijs supplicantium quia ille et non alie in literis inscribantur puta regales cardinales & archiepiscopi. Modo solum honorem dicta constitutio ponderauit: igitur &c. Tertia ratio mea adhuc fortior est ista: quia in preiudicialibus consensus in preiudicium consentientis non recipit extēsionem extra verba. ff. de verbo. obliga. l. quicquid astringende. et. l. si a colono. argu. not. per Dy. in regula qui tacet. lib. vj. arg. ff. de furtis. l. filius. §. notare. et C. de procura. l. maritus. cum si. Modo iste cōsensus ex verbis nō habet nisi quod complacebat domino cardinali ꝙ ille impetraret si posset a papa hoc beneficium & habet hūc effectum ꝙ si impetret ex hoc sibi nesciet nec referet malas gratias: & tamen secūdum aliquos (quod tamen clarum non est) habet etiam hūc effe-

a ¶ Stilus curie. Q' stilus curie sit attēdēd': vide p Feli. in c. ad hec. de sentē. excō. Itē stil⁹ qñ faciat ius: & multa de stilo. vide per eundē Feli. titu. de rescrip.

etiam ꝙ dicte impetrationi se opponet sed eã non impediet non autem habet hõc effectum ꝙ ille impetret eo modo quo fieri debet ⁊ potest ⁊ cum verba hoc nõ habeant ⁊ de hoc ostẽdi nõ debent immo plus dicunt quidã ꝙ hic attenditur honor dignitatis cardinalatus ⁊ per cõsequẽs tacita renũtiatio non obesset.ar.de fo.cõpe.si diligenti.cum si.⁊ ibi not. Quarta ratio mea est confirmatoria proxime precedentis q: voluit cardinalis ꝙ papa ex isto consensu ad concedendã gratiã istã moueri possit:ergo suo iuri non videtur per dictũ consensum renuntiare sed solũ displicẽtiam ⁊ ingratitudinẽ quã impetrãs contra cardinalẽ incurrere posset ex impetratione sibi remittere. patet consequẽtia:q: si voluisset ius suum impetrãti concedere vt facilius impetrans obtineret:verisimile est ꝙ voluisset ꝙ papa id sciret et ad hoc facilius moueretur q: presumitur de eo qui vult vnum ꝙ debeat velle vias per quas peruenitur ad illud.ff.de spon.l.oratio.ff.de acquiren. heredi. l.illud. Probatur antecedẽs:quia in facto supponitur ꝙ noluit cardinalis ꝙ hoc pape exprimeretur. Ita ꝙ verisimile est ꝙ cardinalis se rettulerit ad id quod papa consensum ignorans:familiaritate tamen ei expressa,de hoc facere vellet. Sic enim cogitare posset ꝙ consensu isto non recipiente extensionẽ non obstante ius suum illesum sibi duraret. Nec ob.ff.qui.mo. pig.vel ypo. sol.l.sicut.§. non videtur.vbi consensus expressus venditioni rei proprie preiudicat domino q: venditio valet:q: dico ꝙ si id consentiret simpliciter papa sciente ⁊ papa conferret certũ esset. Idem forte si ignorante dũmodo consentiret ꝙ vellet impetrare:etiã de familiaritate mentione nõ facta:quod tñ dubiũ est ⁊ forte falsum propter primam rationem ⁊ tollit etiam hanc presumptionem voluntas contraria. De qua constat: vt supra proxime dixi. Quinta ratio mea quia dolus in tacẽdo maxime al's exprimenda ⁊ que potuissent mouere ad denegandũ vitiant gratiã.de rescrip.super literis cum si. Modo ex scientia certa vt supponitur iste tacuit mẽtionem al's exprimendam:et que potuisset mouere papam ad denegandum. Et si ex certa scientia tacuit presumitur tacuisse vt gratiã facilius obtineret ⁊ ita vt papã circũueniret et ita per dolum. Et licet alique de dictis rationibus quãquã forsan possent euadi:tamen attento ꝙ iam surreptio per constitutionem est plene ⁊ vere probata ille quinqꝫ rationes oẽs simul sumpte adeo reddũt dictã excusationẽ prelibate surreptionis iã plene ꝓbate dubiã ⁊ obscurã ꝙ standũ est surreptioni iam clare probate:quod ar.not.per Cy.C.de re.cre.l.in rõne fidei.in vltima.q.et.c.in presentia. de proba.⁊.l.ij.C.de edic.diui adri.tol. Tamen casus prima facie dubius est.

¶De his que fiunt a prela. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxxiij.

Licet contra processum igitandũ pro epo etiã cardinali contra possessorẽ in cã ardua noie ecclesie sue possit: possessor opponere de nõ cõsensu sui capituli propter.c.causam.de iudi. q: sine tali consensu sui capituli ad ardua etiã in iudicio debet ipse procedere vt ibi tãgitur ⁊ not. Inno.de rescrip.edoceri.in fine: tamen contra procuratorem hoc opponi non posset quia ad ipsum solum prelatum pertinet exercitium actionis. Notat ipse Inno.in.c.edoceri.de rescriptis.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxxiiij.

Excipitur vt supra proxime cõtra episcopum et episcopus replicet se carere capitulo:vt de elect.in plerisqꝫ.lib.vj.sibi non creditur nisi probet:quia de iure communi cathedralis ecclesia habet collegiũ sed super hoc iudex summatim inquirere debet.

¶De prebendis. Rubrica.

Conclusio.cccccccxxxv.

Supposita

Apposita ordinatione domini nostri⁊ mo dernitque habet q in reformationibus gratiarum non est opus de non obstan. beneficiorum ipsius reformati fieri mentionē dummodo in principali facta fuerit: licet in confirmationibus secus pro eo q papa in gratia principali per eum concessa semel in reformato pluralitatem approbavit quod non fit in confirmato quia nil pape precessit si habens primam gratiam ex aliquo defectu inutilem puta quia de lite mentionem non fecit impetrat facta mentione de defectu surrogationē ⁊ provisionem novam. Valet etiam si de beneficiis suis non fecerit mētionem dummodo in prima gratia hoc expresserit. ratio est: quia omnis reformatio vim nove provisionis habet: ergo novam provisionem: non est nisi exprimere tacite subintellectū. Ergo idē in expresso sicut in tacito p not. glo: de elec. c. ij. lib. vj. ⁊ eo. lib. de spō. c. vno. in vlti. glos. Idē tenuerūt dñi etiā si in reformatione fa[...] est mētio de aliquib⁹ tacito de vno qđ mihi dubiū fuit ꝑpter fraudem presumptā ⁊ etiā dubiū fuit dño meo. Ratio etiā fuit in conclusione predicta principali ſm dñm Nico. quia in potestate petentis surrogationē non fuit dare modum cōfectioni literarū an per modū reformationis vel nove provisionis fierent nec factum officialiū cancellarie omittentiū viam reformationis ⁊ eligentiū viam surrogationis ⁊ nove provisionis debēt fuisse vti in dāno. ratio tertia quia mens ⁊ voluntas pape ⁊ ratio viget vniformiter in vtroqꝫ casu: iura sunt cōmunia.

¶De rescriptis. Rubrica. Conclusio. cccccccxxvj.

Apposito q dño nostro papa Grego. xj. anno precedēti ꝑme de mēse Novēbris existēte in Janua absente vicecācellario ⁊ quolibet alio pro eo ex parte eiusdē. d. n. p cursorem fuit mihi. E. cōmissio presentata que signata per dominū nostrū nec per vicecancellariū vel aliū eius officiū al's quod appareat gerentē sed per reverēdissimū patrem dominū cardinalē sancti angeli: de mādato tñ prout ipse in signatiōe refert licet alias appareat. e. d. n. standū est dicte signationi q̄ꝫ preiudiciali qꝛ erat causa prius in Avinione cōmissa et ibidē remāsura: qꝛ lꝫ al's forte de rigore iuris dicto Cardinali regulariter nō credat: tñ in his cōmissis secus: presertim vbi aliū pape in talibus non assistunt. Super quo remitto ad not. in remissionibus per me signatis.

¶De rescriptis. Rubrica. Conclusio. cccccccxxvij.

a Si auditori a per. d. n. committit causa q̄ fuit ante ex eiusdē nostri ordinatiōe remāsura dicta ordinatione non obstan. dūmodo partes nō essent cives Avinionen. cū potestate citādi ⁊ auditor ante citationē se informaverit de dicta clausula dūmodo ⁊c. ⁊ repererit ita esse ⁊ citaverit fueritqꝫ citatio cū executiōe reportata ⁊ in termino ad dicēdū cōtra cōmissionē cōparuerit procurator ad excipiendū ⁊ ad appellādū solū deputat⁹ q̄ de hoc exceperit ⁊ fuerit ad approbandū admissus termino octo dierum

a ¶Si auditori. Nota q auditor iste appellat auditor cōtradictoriarum cui⁹ est magnū officiuꝫ circa rescripta iustitie ⁊ dādos iudices q̄ impetrētur extra curiam.

sibi prefixo peremptorie qui tamen non consentiret in termini prefixione nõ appellauit nec ĩfra terminũ aliqd pbauit sufficit dicta extraiudicialis informatio p auditorẽ facta maxime: qz ad eũ ptinet de cõtrario dare et pbare et ad hoc habuit terminũ et nõ fecit. Et quia negatiua de sua natura probãda nõ est nec p ea presumit maxime hoc casu qz illi sunt aliũde oriũdi et requirit certa solẽnitas vt quis ciuis efficit vt probat. C. de incol. l. ciues. lib. x. per. l. patet q sola domicilij mutatio et noua cõstitutio curie non facit.

¶De rescrip. De re iudi. Rubrica.

Conclusio. ccccccxxxviij.

Super articulo grauaminis a quo est appellatũ nõ impetrat cõmissio anteq dati fuerint apli. nõ intelligit de articulo habẽte vim vltime diffinitiue puta desertiõis: qz illa videt esse diffinitiua et sequitur sententiã et articulus grauaminis notat id qd sententiã precedit: igitur. Uide not. de appel. cordi. lib. vj.

¶De resti. in integrum. Rubrica.

Conclusio. ccccccxxxix.

Allegans titulum pẽsionis de quo habet de prebẽ. c. nisi essent. et agẽs restitutorio nõ est audiendus pp̄ter titulũ infectũ. Et si habuit cõtra se sniam sũ possessorio et non appellauit infra tps legitime impedit⁹ nõ ideo restituẽdus est: qz de nõ iure nec de interesse suo satis cõstare videt p infectũ titulũ. alleg. de cõfec. ptz in. c. nisi essent. alleg. cõseq̃ntia pbat. per not. Inno. de diuor. significasti. An uo super protestatione personali spoliato cõpetat restitutio materia est. l. ij. ff. quorũ bonorũ. de pac. si certis annis. et. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. et. ff. si serui. vendi. l. si qs diurno. de elec. querelã. per Odonẽ de Senonis in trac. suo iudi. possi. ti. quorum bonorum.

¶De resti. spoliato. Rubrica.

Conclusio. ccccccxl.

Supposito q corã Paulo auditore spoliatus[a] agẽs restitutorio per epm intendentẽ impediat nedũ habere possessionẽ ecclesie de qua litigabat: sed etiã hmõi occasione litis hre fructus vnius prebẽde quã in diocesi obtinebat: et q his pape narratis obtinuit p eo Paulo qz erat cause auditor cõmitti q lite pendẽte dicto spoliato de fructib⁹ dicte prebẽde faceret respõderi postq recedente Paulo de curia. P. auditori sunt cõmisse cause quas inter istas partes audiebat Pau. cum inciden. dependen. emergen. et cõnexis dictã cõmissionẽ poterat exeq. P. auditor. Nõ qz saltẽ negari nõ põt quin sit de causa vel dependen. inciden. emergen. et cõnexis ipsi⁹ cause: qz occasione litis facta fuit. Sic. ff. de inoffi. testa. l. si institutio. §. penul. et extra de accu. c. ex parte. et de of. dele. c. j. Nec ob. q capl̃m ecclie vbi est p̄bẽda nõ est de ptib⁹ qz hoc venit incidẽter: vt. ff. de offi. dele. c. j. et de ap. romana. §. si uo partib⁹. ar. C. de iudi. l. quotiẽs. et. C. de ordi. cogni. l. adite. Uide tñ super hoc in cõclusionib⁹ Neapol. cõclusione. cxlv. fo. xxiij. vbi tenere videtur cõtrariũ in gra si per euentũ litis apparuerit neu-

[a] ¶Spoliatus. Cuz qs spoliatur ab aduersario rebus vel bñficio: an ante litis igressum restituatur? vide. ij. q. ij. p totũ. iij. q. j. epi. v. q. ij. si primatem. ix. q. iij. fratres. xxxiij. q. ij. historis.

ter &c.lz hodie palatiū sit in cōtrariū quod bene facit ad cōtrariū propositum. Et hoc casu de dictis narratis leuis presumptio seu probatio sufficit: quia de his in lite plenius est agendum secundum do. Uniarien. cardinalem.

¶De prebendis: Rubrica.

Conclusio.cccccccxli.

SI mandatur executori q si vocato possessore repererit beneficiū vacare per extrauagā. execrabilis prouideat Titio: prouisio per eū facta aliter nulla est. de offi. dele. venerabili. &c. cum cōtingat. & de restitu. spo. pisanis: quia forma non seruata &c.

¶De iudiciis. Rubrica.

Conclusio.cccccccxlii.

PRocessus factus vigore cōmissionis de qua cōmissione dictū est . §. parte non vocata nō est nulla ipso iure per not. Inno. de presum. ... dudū. Et q talis partis vocatio regulariter etiā in iudicialibus iniustitiā & nō nullitatē inducit: & ideo interlocutoria nihilominus valet. no. Inno. de procu. audit. Tū si esset verbū si repereris &c. crederē esse iudicialē cōmissionē nō mō executoriā q iudici iudiciaris procedeñ. directa fuit. ar. p hoc vt talia sint subiecta q̄lia &c. ff. loca. l. si vno anno. ar. extra. de cēsi. presenti in glo. super ver. constiterit.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio.cccccccxliii.

ERror nois proprii possessoris contra quē cōmissio impetratur per cognitionē dicte possessiōis designati non vitiat. arg. C. de le. si quis in fundum. & de lib. & posthu. l. nominatim.

¶De prebendis. Rubrica. Conclusio.cccccccxliiii.

SI papa prouidet mihi de beneficio vacañ. p obitum Titii tēpore dñi Urbani cū clausula dūmodo per Urbanū de eodē beneficio nō fuerit dispositū valet prouisio etiam si papa Urbanus signauit supplicationē de dicto bñficio p Martino & etiā si Martinus signat grām & ratā hñs sup ea lrās mādauerit fieri dūmō lrīs nō cōfectis fuerit Martinus mortuus vel vxoratus aut religionē professus. Nō est ista: tū q signatio supplicatiōis nō probat: tū q non pōt surreptionē inducere ordinatio effectu carēs & suspēsionē pfectā superueniēs amittēs p cōia iura. Et ita nō ob. de re iud. cū olim. Itē q si fuisset pape dictū de dicta ordinatione & subiūctum qualiter reductum erat ad nō causam nō minus concessisset.

¶De probationibus. Rubrica.

Conclusio.cccccccxlv.

NOn obstantibus cōclusionibus.cccccclxii. & .cccccclxiii. supra precedentibus si deduco in impetratione capellanie vnicū titulū ex persona antecessoris mei puta p assecutionez ecclesie parrochialis autoritate lrarū dñi nrī pape Urbani in forma pauperū [a] & testes

a ¶ In forma pauperū. Litere i forma pauperū q dicantur: vide Abb. in c. postulasti. in .ii. colū. de rescript. Et quō cognoscantur litere in forma pauperū vide per Feli. in .d.c. postulasti. ii. colū. de rescrip. vbi dūz declarat ob notitiā.

mei deponunt se vidisse literas purificationis acceptationem et prouisionem et possess. assecut. harum autoritate factã et q ita sit est publica vox et fama satis satis sufficit ad obtinendũ in causa. Ratio mea est qr casus inter quos nõ est diuersitatis ratio ad paria iudicant. ff. de ver. obli. l. a titio. Modo si agamus de probãdo titulo autoris siue de probando modũ amissionis sui tituli inter ista est eadẽ ratio: ergo. q sit eadẽ ratio probat dupliciter. Primo qr vtrũq3 eundẽ effectũ habet qr si titulũ non habuisset antecessoris nõ dicit vacare p eius personã. Et ita nõ habet ius impetrãs de rescrip. susceptũ. sicut si ius haberet et modus in eius personã nõ cõtigisset. Scdo qr idẽ in probatione tituli autorũ non sequitur plena probatio qr licet quis artetur ad probãdũ literas quas habere dicitur de titulo suo qr presumitur q eas habet et custodiret si esset vnũ etc. tñ secus est de literis probantib9 ius actoris sui: qr illud difficilius et grauius est ideo positio et cõis opinio quo hoc releuat. C. de probatio. l. vti possidetis. ff. de offi. pretoris. l. barbarius. et ff. de proba. l. sed arbiter. et ar. not. Inno. de verb. sig. quid per nouale. et c. veniẽs. Et qr super titulo autoris nõ est pronuntianda. fa. no. glo. ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. sed si queratur. et C. que sit lõ. cõsue. l. ij. in quinto ar. iij. cõclusione. ix. et not. glo. qui fi. sint legiti. c. lator. modo iste due rationes locũ habẽt hoc maxime qr litere in forma cõmuni nõ registrantur. Non ob. q ex recẽti possessione difficile induci possessionẽ etc. qr dico q ad inducendũ communẽ opinionẽ hic aliud concurrit: puta quia testes viderũt literas: processum: aceptationem et prouisionem. Et in certis non est locus coniecturis. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. cum. Ita finaliter omnes tenuerunt.

¶ De consuetudine. Rubrica.

Conclusio. cccccxlvj.

a ¶ Consuetudo. Nota q cõsuetudo facit licitũ qd al's eẽt illicitũ. vt in aut. de defenso. ciui. §. qr vero etiã. et notat p Archi. lxiij. distinc. c. qr sancta. Et facit delictum qd al's sui natura nõ esset delictũ. ff. de extraor. cri. l. salutari. §. sũt quedam,

Consuetudo [a] põt inducere q duobus notarijs vocatis super testamẽto facto etc. ad alias causas q̃ pias credatur sine testibus et subscriptione qr cõsuetudo detrahens forme testate in modo probãdi bñ valet. de testa. raynutius. et c. cũ esset. et de testa. relatũ: de fide instru. cũ dilectus. et no. per Dy. de reg. iu. li. vj. indultũ. Quicquid diffuse nouerint in cõtrariũ legiste et Bar. C. de sum. trini. l. j. ibi tenuit Bar. etiã istã partẽ. arg. de testa. l. fi. et per. l. ij. C. quẽad. testa. ape. iũcta. l. publicati. C. de testa. et. l. si qs ex arg. cũ ibi no. ff. quẽad. testa. ape. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. et fal. here. l. fi. iũcto q pater et ciuitas equiparant. ff. de iusti. et iu. l. veluti. et de cap. l. postlimi. §. filius. et per. l. oẽs populi. ff. de iusti. et iu. qr nõ reperit phibitũ. nec ob. bm eũ. l. fi. C. q testa. fa. pos. qr ibi cõsuetudo preterita limitat nõ aũt futura prohibet. Et ita videt sentire Cy. ibi. et in. l. dudũ. C. de cõtrahẽ. emp. bm eũ. Nec est vt dicit temeraria hec bona et fauorabilis testantib9 sicut in militib9 et inter liberos et ratione testiũ. ar. l. si qs ex assignantib9. ff. quẽad. testa. ape. Uide de hoc in Spe. de instru. edi. §. cõpẽdiose. ver. sz de cõsuetudine: et p Thẽ. bohic. de testa. cũ eẽs: et alij. ff. de iusti. et iu. l. oẽs ppli. Et lz. c. relatũ. et c. cũ eẽs nõ loquant de cõsuetudine pbãt tñ rationẽ hoc casu saltẽ in foro

